

BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
14
8 K
9



STEPHANI
PATRITII
REGII CONSILIARII
In Supremo Regni Neapolitani Consilio

DE RENUNCIATIONIBUS MONIALIUM ET AMORTIZATIONE BONORUM.

CONSULTATIO ALTERA

CUM ADNOTATIONIBUS

J. ANDREAE SERRAI

PRESBYTERI

Ad Excellentiss. & Reverendiss.

FRANCISCUM TESTAM

ARCHIEPISCOPUM MONREGALENSEM XIIVIRUM REGNI SICILIÆ



NEAPOLI MDCCLXVII.
Ex Typographia Simoniana
Superiorum permissu.

J. ANDREAS SERRAUS

EXCELLENTISS. AC REVERENDISS.

FRANCISCO TESTÆ

ARCHIEPISCOPO MONREGALENSI
XIIVIRO REGNI SICILIÆ

S. P. D.

SÆpe ego mecum animo reputans, atque in horum temporum intuens conditionem, perbeatos profecto, Sapientissime Præsul, illos Religionis Antistites appel-

 lare

lare soleo, qui eum vitæ cursum tenere possunt, ut & Principum gratiam sine offensione retineant, & sacri muneris auctoritatem cum dignitate tueantur. Nam quum ea nunc sit multorum perversitas, ut sibi amplum & præclarum existiment, sacratissimum Ordinem, quacunque ratione possunt, invidiose criminari; illorum quidem jure laudanda est virtus & industria, qui in Reipupublicæ Christianæ procuratione, dum sedulo sacrorum jura, contra aliorum obtrectationes defendunt, nihil sane, quod a civilis Reipublicæ rationibus quidquam esset alienum, moliuntur. Ac fuit olim tempus, quum sanctissimi illi Antistites nihil tam studiose egisse visi sunt, quam ut utriusque potestatis rationem arctissimo fœdere

copu-

copulatam servarent: qui nullo alio pacto tantopere Regum, & populorum benevolentiam consecuti sunt, quam Religionis mysteria & cæremonias rite administrantes, civium etiam commodum & felicitatem propositam haberent. Itaque florentem illi & effecerunt, & nobis suis posteris prodiderunt Ecclesiam, quam nostra ætate plures, dum offuciis contendunt oblinire, ejusdem deteriorem, si fieri possit, efficiunt conditionem; ansam certe non semel male feriatis hominibus dedere, quo in invidiam traducerentur sacrorum Ministri, qui quondam apud majores nostros vitæ innocentia, ac studio de republica, atque adeo de universo hominum genere bene merendo, summo omnium assensu, altissimum di-

gnitatis & existimationis gradum tenuere, iisdemque artibus populos ad se traxere universos. Quorum in numero si nostra hac ætate Te, Præsul Excellentissime, ut dignitatis, ita etiam curæ studiique consortem recensemus; erit certe magnificum, ac Siculæ genti gloriosum; verumtamen justum ac legitimum una mecum confiteri debent quotquot sanctissimæ nostræ disciplinæ decreta vere, atque a profanis nefariisque opinionibus seclusa, animo imbiberint. Etenim illorum sapientissimum institutum non modo a Te probari, sed adlaboratum hactenus videmus, ut, si quis unquam alius, opere insuper effingeres, exprimeresque quod, mutata temporum ratione, plerique, nescio an satis recte, quanquam imitatione dignum

gnum putant , tamen nullo pacto re effici posse , arbitrantur . Et quoniam ii maximarum rerum scientia & studio cum primis munus suum comprobasse visi sunt ; hac quoque in parte nihil esse , quod in Te desideretur , Te assecutum videmus. Praeclara enim illa tua monumenta, quae jam pridem in vulgus , summa cum laude nominis tui, edita sunt , optimi sane apud omnem posteritatem erunt testes excellentis tuae eruditionis , & in omni litterarum genere praestantiae . Neque vero haec a me dici quisquam existimet, aucupandae a Te gratiae causa . Vere enim hoc posse contendere videor , neminem esse litteris mediocriter exultum , qui in scriptis tuis non admiretur non modo praeclaram quamdam ingenii

 facul-

facultatem , & gravitatem sententiarum , sed dicendi quoque ubertatem & copiam cum omnibus orationis luminibus & ornamentis. His adde pietatem , adde modestiam , adde etiam morum integritatem : quas virtutes in vitæ cursu quum socias tibi , vel potius duces semper adhibueris , intellectum facile est , Te disciplinarum studia ad vitam potissimum recte instituendam retulisse , quippe qui ratus , optimum quemque Antistitem hac sola ratione conniti & contendere debere ad eas virtutes , quibus veteres Episcopi beatissimis Ecclesiæ temporibus , inter ceteros mortales longe præstitere. Quapropter nihil mirum , si minus diu eximia tua virtus apud Reges nostros latuit . Mature enim ab Carolo III Sira-

cusa-

cusarum primum Episcopus , postmodum Monregalentium Archiepiscopus ab eodem renunciatus , ab clarissimo Rege maximam laudem consecutus es . Interea vero singula optimi Antistitis munia usque obeundo , & populorum commoda omni cogitatione prospiciendo , adeo Regi nostro Ferdinando , omnibusque Ordinibus carus acceptusque sis ; ut nemo sit , quin Te præcipuum Regni ornamentum & eximiæ incorruptæque ecclesiasticæ dignitatis exemplar , tam libenter , quam merito appellet & agnoscat . Quos inter ego quoque , utcunque unus e multis , plurimi Te faciens , egregias tuas virtutes neque admirari satis , neque de iis , quoties aliqua mihi datur occasio , prædicare unquam desino . Atqui hanc præcellentem nominis

tui

tui famam cum antea ego majorem in modum suspexi; tum sæpe ac multum exoptavi, etsi alias nonnullam animi mei significationem dedissem, aliquod edere monumentum, quo publice possem voluntatem erga Te meam, observantiamque testari. Quod profecto percommode nunc mihi accidisse, est quod mihi valde gaudeam, ac Superis agam gratias. Nam quum priorem Viri præstantissimi Stephani Patritii Consultationem, mea opera typis editam, adjectis etiam adnotationibus, Amplissimis XIIviris *Regni Siciliæ, inter quos Tu primas tenes, dedicassem; nunc vero alteram hanc Consultationem, quæ illius velut consectarium est, perpetuis quoque commentariis auctam, publici juris faciens; omine valde bono rei occasio-*

casionem oblatam mihi esse duco, eamdem nomini tuo inscriptam, ad Te potissimum mittere: cujus ut summam in rebus gerendis sapientiam, & veteris, hoc est, probatissimæ sacræ disciplinæ cognitionem merito omnes admirantur; ita eumdem singulari quadam erga bonarum litterarum cultores benignitate ferri, probe scirem. Quamobrem si mihi contigerit, ut hoc meum studium atque opera, quantacunque est, probetur a Te, Viro tam probato; atque eo officio tuam demerear gratiam & benevolentiam; equidem satis magnos me mei hactenus suscepti laboris fructus cepisse puto; alacriorque posthac fuero ad aliquid aliud majori nisu conandum. In spem enim certissimam adducor fore, ut, quæ meæ scriptiones præ-

præstantissimorum virorum nomine & suffragatione cohonestatæ prodeunt, eæ immortalitatem quandam suo sibi jure vindicent; auctorique suo apud omnem posteritatem majorem sint conciliaturæ gratiam, & (si quidem ut honesti laboris præmium optari fas erit) gloriam. Vale.

J.AN.

J. ANDREÆ SERRAI

IN

CONSULTATIONEM

De Renunciationibus Monialium, & amortizatione bonorum

PRÆFATIO.



Uum comperissem in quinto Cl. Viri Stephani Patritii Codice Latinarum Consultationum, quæ hactenus M. S. ab eodem asservantur, alteram hanc, quæ inscribitur *de Renunciationibus Monialium, & amortizatione bonorum*, extare; rem publico bono non inutilem me facturum putavi; neque a propositi nostri ratione alienam, si eamdem typis imprimendam curarem, atque alteri, quæ

de

de recta dotium monasticarum ratione ineunda dicta est, adnecterem. Conflata ea fuit quo tempore anno MDCCLVIII in Sacro Consilio Neapolitano iterum lis constituta fuit Philippum Mariam Cævam Grimaldum Telesiæ ducem, inter, & Neapolitanum Monasterium Monialium D. Gaudiusi, quum controversia esset, cuinam tribuenda foret luculentissima hereditas Angeli Mariæ Cævæ Grimaldi Ducis Telesiæ, qui sine liberis decesserat. Contendebat enim Dux Philippus, ut defuncto conjunctus sexto in gradu, sibi deferendam esse successionem: contra Monasterium ex juribus Æmiliæ, defuncti Angeli Ducis Sororis, suæque alumnæ Monialis, uti proximioris, sibi adjudicandam postulabat; eoque vel magis, quod Æmilia illa petitionem præseferebat in quodam majorum suorum fideicommisso. Prætendebatur enim *renunciationem*, a Moniali factam, uti personalem habendam esse, & quoad fratres dumtaxat, eorumque de-

descendentes ; minime vero *extinctivam*, ut vocant, atque universe abdicativam. Qua interpretatione quum nulla prope esset hereditas cujusvis opulentissimæ familiæ, in quam Monasteria manus injicere non possent ; id profecto urbs Neapolis reipublicæ admodum perniciosum, & civium commercio exitiosum agnoscens, Regem Carolum, qui nunc Hispaniarum Regnum feliciter tenet, adeundum curavit, suppliciter ab eo petens, uti lege sanciret, *Renunciationes*, quæ a Monachis, sive Monialibus sub tempus Sacræ Professionis fiunt, utcumque clausulis & formulis *personalitatis*, & *temporalitatis* initæ forent, non aliter, quam *perpetuas*, *abdicativas*, atque *extinctivas* intelligendas esse ; sique tempore Professionis omissæ fuerint, ipsam Monasticam Professionem vice perpetuæ abdicationis, sive renunciationis habendam esse. Quamobrem hæc civitas, præ ceteris suis Oratoribus, Auctorem, ut juris publici

blici tam sacri, quam profani scientia praestantissimum, seligendum censuit, qui Regi rem, quemadmodum se haberet, scripto referret: quod eodem anno MDCCLVIII effectum ab eo est. Consultatione hac, quam nunc in vulgus edendam suscipimus. Ac mihi quidem Consultationem hanc consideranti, propositum Auctoris fuisse videtur, ex eo praesertim capite migrationes hereditatum in Monasteria praecludendas esse, ostendere, quod bonorum devotio, quam *Amortizationem* appellant, tum Religioni injuriosa esse, tum maxime Reipublicae plurimum detrimenti importare censetur. Verum id, ut propositae brevitati serviret, strictim, ac pene cursim exponendum duxit, satisque habuit semina tantum, sane quam apposite ac sapienter, spargere, ut inde alii idem argumentum fusius, atque uberius pertractandum aggrederentur. Hanc igitur ego in vulgus emittens, conducibilius causae, quam Siciliae Ampli-

pliſſimi XIIviri omni ſtudio tuentur, hominibuſque noſtris minime inju-cundum fore putavi, eamdem Conſultationem, ut prioris conſectariam, perpetuis commentariis inſtruere. Ab adnotationum quippe natura paulo recedens, continenti prope oratione oſtendemus, quidnam Eccleſia, quid Imperium, quid cordatiores viri de hac *Amortizationis* lege ſenſerint: ductaque narratione a primis uſque temporibus ad hanc noſtram ætatem, uniuſcujuſque ſeculi ordine recenſemus leges omnes & inſtituta, quæ ex veteribus annalibus eruere nobis licuit, quæque ad rem, qua de agimus, pertinere viſa ſunt. Nec omittemus celebrem Conſtitutionem, cujus titulus *De rebus ſtabilibus non alienandis Eccleſiis*, quam Federicus II Imper. ac Rex noſter hoc in Regno edidit, temporum injuria labefactatam, planeque corruptam, ad germanam nativamque lectionem reſtituere: eum quippe inter primos adnumerandum

nemo

nemo dubitat, qui late grassanti malo, ex inconsulta nimiaque rerum largitione prodiente, provide occurrendum duxit.

STE-

STEPHANI PATRITII
REGII CONSILIARII
IN SUPREMO REGNI NEAPOLITANI
CONSILIO

DE RENUNCIATIONIBUS MONIALIUM ET AMORTIZATIONE BONORUM

CONSULTATIO ALTERA

CUM ADNOTATIONIBUS

J. ANDREÆ SERRAI

Presbyteri.

SImpliciſſima illa, nec ullo fuco illita pietas, qua majores noſtri quondam, jam inde ab ipſis Evangelii primordiis, omnium maxime inclaruerunt, vehementer hoc tempore, quotquot in Regno Neapoli-

tano sunt, cogit expetere, ut quæ jam diu ex Monachorum, & Monialium renunciationibus (1) in civium perniciem confluunt, malis undique occurratur. Quotidie enim, non sine ægris omnium animis, cernere est, hujusmodi renunciationes, quæ bono rei familiaris cujusque civium ortæ sunt, multa undique jurgia, & ingentes lites excitare. Nam quotiescumque datur aliquid proficere ex eorum bono-

(1) *Monialium renunciationibus*. Quemadmodum Monasticæ, quæ ad hæc usque tempora adhibitæ sunt, dotes, plurimum & singulorum, & universorum rationibus, ne dum sacro ipso instituto officere putarentur, satis ab Cl. Auctore explicatum est superiori Consultatione: nosque pro rei opportunitate adnotationes quasdam, quæ ad idem respicerent argumentum, apposuimus. Hac vero Consultatione demonstrandum idem Auctor adgreditur, Renunciationes

norum fucceffione, quæ ad Monachos, fi in feculo agerent, jure fpectaffent; nihil prorfus curæ negligitur. Quo fit, ut illi ipfi, qui mundo, vitæque commodis vale dixerunt, non privatis tantum rationibus, fed & publicæ civium felicitati ingenti rerum adquifitione, & bonorum, quam vocant, *amortizatione* plurimum obfint. Cui quidem malo ut obviam iretur, Ordo, Populufque Neapolitanus, ut fæpe alias, ita

nes illas, quæ five a Monachis, five Monialibus, quo tempore Sacris monafticis initiantur, proferri folent, eam vim habere, quæ Monafteria cujufque in fuorum alumnorum facultatibus omnis fucceffionis jure privent; quin etiam ipfam monafticam profeffionem, etiamfi nulla renunciatio emiffa fit, neceffario fecum ferre abdicationem omnium cujufque bonorum, ac jurium, ut nulla ratione poft illa in rebus fuis fuccedere valeat. Id autem luculenter oftendit ex ipfa

nuper Carolum III. Regem supplex per me adiit, illud enixe petens, ut, qua ratione fieri potest, hujus generis renunciationes, sive quæ jam antea factæ sunt, sive quæ in posterum fient, semper eam vim habeant, ut Monasterium ab eorum successione bonorum, quibus jam renuntiatum est, procul arceant; aut etiam Monastica ipsa professio cujusvis renunciationis loco habeatur: adeo ut post eam emissam, perinde hac Monachi, Monialesque,

ipsa Monastici instituti ratione: ex potestate, quam Princeps habent in statuendo rectam rerum administrationem singulorum subditorum; ac denique ex constitutione plurium Principum, qui in regionibus suis, pro suo cujusque jure, successiones illas coërcuerunt, ac omnino sustulerunt. Nos autem idem institutum tenentes, adnotationes pro re nata adjiciemus, latiusque proferemus quæ inibi parce, ac per summa fere capita enar-

que, & ipsa Monasteria ad quamlibet venire successionem nequeant.

II. Immane quantum ab ipsa Monastica conditione discrepet augendæ pecuniæ libido, supra quam quod necessaria vitæ alimenta postulaverint: & quam fœdum, ac deforme sit ea bona, quæ prius reliquerunt, absurdis deinde interpretationibus repetere. Id satis intelligi poterit ex ipsa Monastici instituti ratione (2), progressuque, cujus fidam penes Prin-

enarrantur. Argumenta autem proferemus ex sacris Ecclesiæ constitutionibus, ex sapientum, ac pientissimorum monumentis, ex jure illo universali, quo cultiores gentes, ac bene constitutæ civitates utuntur; ex annalibus denique rerum Neapolitanarum; ut nihil in medium afferatur, quod ex probatissimis fontibus exhaustum non sit.

(2) *Ex ipsa Monastici instituti ratione.* Ratio quippe monastici instituti ita necef-

cipem tutelam esse oportet. Quod nonnulli quondam Christianorum facere coacti sunt, scilicet per solitudines, & juga montium, per speluncas, terræque cavernas errare, metu persecutionum; id ipsum labente deinde ævo factum sponte ab iis est, quos perfectioris, pieta-

cessario secum fert rerum omnium superfluarum abdicationem, ut qui divitias a Monachis abradere noluerit, ipsum monasticum institutum de medio tollat necesse est. Etenim Monachorum vitam perfecta caritas comitetur oportet: perfectæ autem caritati nihil magis est contrarium, quam divitiarum possessio, & rerum mundanarum redundantia. Hujusmodi argumentum late persequitur Divus Thomas 2. 2, quæst. 186, art. 3, ubi postquam sententiam hanc constituit: *Ad perfectionem caritatis, & religionis necessaria est paupertas voluntaria*; continuo hæc addit: *Respondeo dicendum, quod, sicut supra dictum est, status Religionis est quoddam exercitium, & di-*

tatis, contemplationisque divinae cupido incesserat. Hi nulla compulsi necessitate, ex hominum societate secessere, illudque omnino sectabantur, quod divini spiritus numen eorum mentibus ingereret, pro eorum mensura donorum, quae data cuique erant, sine votis con-

disciplina, per quam pervenitur ad perfectionem caritatis. Ad quod quidem necessarium est, quod aliquis affectum suum totaliter abstrahat a rebus mundanis. Dicit enim Augustinus in x *Confess. ad Deum loquens: Minus te amat, qui tecum aliquid amat, quod non propter te amat. Unde & in lib.* 83 *quaest. dicit Augustinus, quod nutrimentum caritatis est imminutio cupiditatis. Perfecto nulla cupiditas. Ex hoc autem quod aliquis res mundanas possidet, allicitur animus ejus ad earum amorem. Unde Augustinus dicit in epist. ad Paulinum, quod terrena diliguntur arctius adepta, quam concupita. Nam unde juvenis ille tristis discessit, nisi quia magnas divitias habebat?*

ceptis, sine tecto, sineque victus societate. Jam suam quisque vitam, moresque desiderio christianæ perfectionis temperabat; iique *ascecticam* agere vitam dicebantur, quæ deinde *solitaria*, & *monastica* dicta fuit; quippe quæ in solitudinum recessu coaluerit, cunctis eodem

bat? Aliud est enim nolle incorporare quæ desunt, aliud jam incorporata divellere. Illa enim veluti extranea repudiantur; ista vero veluti membra præscinduntur.

Sed apposite quantopere opum despicientia ad monasticæ vitæ integritatem requiratur, demonstrat Divus Hieronymus ad Paulinum epist. XVI. *Si vis*, inquit, *perfectus esse, vade, vende omnia quæ habes, & da pauperibus, & veni sequere me: verba vertas in opera, & nudam crucem nudus sequens, expeditior, & levior scandis scalam Jacobi. Tunicam mutas cum animo: nec pleno marsupio gloriosas sordes appetis, sed puris manibus, & candido pectore paupe-rem*

dem ſub tecto, & eadem unius Præfecti diſciplina degentibus, earum præſcripto legum, quæ pro inſtituti ratione condebantur. Sed temporis progreſsione quum eorum plerique ſolitudinis ſecreta, & cavernas, & prærupta montium dereliquiſſent, ad locorum frequen-

rem te & ſpiritu, & operibus glorieris. Nihil eſt enim grande triſti, & lurida facie, vel ſimulare, vel oſtentare jejunia, poſſeſſionum reditibus abundare, & vile jactare palliolum. Crates ille Thebanus, homo quondam ditiſſimus, quum ad philoſophandum Athenas pergeret, magnum auri pondus abjecit, nec putavit ſe ſimul poſſe & virtutes, & divitias poſſidere. Nos ſuffarcinati auro Chriſtum pauperem ſequimur: & ſub prætextu eleemoſynæ priſtinis opibus incubantes, quomodo poſſimus aliena fideliter diſtribuere, qui noſtra timide reſervamus? Plenus venter facile de jejuniis diſputat. Non Hieroſolymis fuiſſe, ſed Hieroſolymis bene vixiſſe laudandum eſt.

tiam remearent; multi tamen in priſtina eremi vaſtitate manſere. Quo factum eſt, ut veterum Monachorum alii *Cœnobitæ*, alii *Anachoretæ* dicerentur. Verum omnium utriuſque generis Monachorum commune fuit, conjugiis, & bonorum poſſeſsione abſtinere; manu victum quærere (3), quod eis

(3) *Manu victum quæritabant*. Duabus maxime de cauſis veteribus illis Monachis manuum opus commendabatur, ut ſcilicet honeſto negotio otii languorem effugerent, & ut ceteris minus eſſent moleſti in iis, quæ ad vitam tolerandam opus ſunt. Hoc potiſſimum eorum inſtitutum: itaque faciendo Divi Pauli mandato, quæ in II epiſt. ad Theſſal. cap. 3 habetur, parebant: ait enim: *Quoniam ſi quis non vult operari, nec manducet*. Quam ſententiam pure, hoc eſt, omni ſecluſo interpretamento, quod illius vim eludere poſſet, ſequebantur. Quantopere autem laboris perpeſſionem in Chriſtianis omnibus

eis forte supereſſet, egenis diſpertire. Eorum præ ceteris omnibus ſtudium erat ſingula animi vitia profligare; hoc eſt, gulam jejunio, libidinis, avaritiæque motus ſolitudine, & abſtinentia; iram ſilentio, & arctiori inter ipſos conſociatione, otium jugi agricolturæ, artiumque labore; animi tri-

bus requireret idem Paulus, luculenter oſtendit, quum profeſſus eſt, ſe, quanquam per eos ſuſtentari æquum eſſet, quibus eternæ ſalutis pabulum & prædicationem traderet; tamen malle ſeſe manibus ſuis victum ſibi comparare. *Memores enim* (inquit in 1 epiſt. ad Theſſal. cap. 2) *facti eſtis, fratres, laboris noſtri, & fatigationis, nocte ac die operantes, ne quemquam veſtrum gravaremus, prædicavimus in vobis regnum Dei.* Nimirum ſanctiſſimus Apoſtolus optime noverat, quam flagitioſa res eſſet, & pericula plena, vel leviſſimam ſuſpicionem ingerere, ſui compendii cauſa divinæ legis præconem ſeſe præbere. Nam ſi le-

ſtitiam oratione, & pſalmorum concentu; vanitatem obedientiæ ſtimulis compeſcere. Tam ſanctæ adeo vitæ opinio monaſticum ordinem longe lateque, & in orientis, &

ge Cincia cautum olim fuerat, *ne quis ob cauſam orandam pecuniam donave acciperet*, teſte Tacito hiſtor. lib. II; eo vel maxime chriſtianis doctoribus cavendum eſt, ne ſanctiſſima religionis Myſteria ullius quæſtus ſpe venditare videantur. Atque hinc, narrante Baronio ad annum Chriſti LII, ortum habuit edictum illud Tiberii, quo Hebræos omnes ex Urbe ejecti ſunt; quod Judæus neſcio quis, eximiæ cujuſdam pietatis ſpecie, magnam auri vim a Fulvia muliere expreſſerat.

Hinc probe intelligentes veteres illi chriſtianæ vitæ inſtitutores, quantum a ſanctiſſima religione abhorreret, ex rebus ſacris quæſtum facere, hanc de ſe exiſtimationem maturius percrebeſcere adlaborarunt, ſeſe ſcilicet haudquam in aliarum bonis inhiare: ac proinde ſacros etiam Miniſtros, ſuo exemplo ad opificia exercenda ſtimulabant. Vetus ille au-

& occidentis terras disseminaverat: neque ita post imbecillior feminarum sexus huic quoque instituto vitæ sese dedere non dubitarunt. Et quamvis jam inde ab exordio

auctor, qui mores veteris Ecclesiæ describit, sic ait: *Qui in Ecclesia juvenes estis, curate in omnibus rebus necessariis sedulo ministrare: cum omni sanctitate operi vestro vacate, ut omni tempore & vobis, & egentibus suppeditare possitis, ne Ecclesiam Dei oneretis. Etenim nos quoque vacantes verbo Evangelii, subcisivas operas non negligimus: alii enim piscatores sunt, alii scenarum artifices, alii agricolæ; nec unquam otiosi sumus. Constitut. lib.* 11, *cap.* 67. In eamdem sententiam scribit Divus Justinus in libro de Vita Christiana, inquiens: *Pudor ille in vitio est, ut vereamur, si ipsi manibus nostris opus fecerimus, ne quis nos miseros, & auxilio destitutos esse suspicetur.*

Sed mores primorum illorum Monachorum, qui ceteris subinde aliis exemplo oppido esse debent, propius inspiciamus. Excitavit eos præsertim bene-

dio surgentis Ecclesiæ pleræque Virgines, ac Viduæ peculiari cuidam Dei cultui se devoverint, primum seorsim domibus se continentes, deinde conjunctim sub uno eodemque

neficentissimi Dei providentia, quo tempore ferventior Christianorum studium languescere cœpit: ac propterea eam vivendi puriorem rationem revocare professi ii sunt, quam Apostoli verbo & exemplo Christi sectatoribus sequendam proposuerunt. Igitur sicuti veterum Christianorum potissimum institutum, rerum abdicationem præseferre, ac manibus victum quæritare, cum ut fastum omnem, & mundanas delicias ab sese amoverent, tum maxime ne habendi cupiditate minus commodam sui opinionem ceteris præberent; ita profecto Monachi simul cum voluntaria egestate, opificia quoque, & quemlibet manuum laborem non verbo tantum, sed re adoptarunt. Quare *Monachum, si non laboret, pro fraudatore habendum esse*, scribit Socrates lib. IV, cap. 18. Euchitæ vero, qui iidem ac Messaliani, quod opificia a Monachis arcebant, eo obtentu,

que tecto commorantes, aliæque extiterint, quæ simul in eremo viverent; tamen non antea, quam quarto jam sæculo monasticam earum institutionem celebrari cœpisse com-

tu, ut precibus & orationi diligentius vacarent, hæreticorum nomen meruerunt: de quibus ita narrat Augustinus in lib. de hæres: *Dicuntur Euchitæ opinari, Monachis non licere, sustentandæ vitæ suæ causa, aliquid operari, atque ita seipsos Monachos profiteri, ut omnino ab operibus vacent*. Adversus quos idem Augustinus suum *de Opere Monachorum* librum scripsit. Divus autem Hieronymus Rusticum docens, qua ratione vitam Monacho dignam instituere deberet, hæc inter cetera illi præscribit: *Facito aliquid operis, ut te semper diabolus inveniat occupatum. Si Apostoli habentes potestatem de Evangelio vivere, laborabant manibus suis, ne quem gravarent, & aliis tribuebant refrigeria, quorum pro spiritualibus debebant metere carnalia; cur tu in usus tuos cessura non præpares? Vel fiscellam texe junco, vel canistrum lentis plecte viminibus: sarriatur humus: areo-*

compertum est.

III. Hinc fit, ut nullus Monachorum, Monialiumque animos divitiarum amor, nulla bonorum cupido pervaserit. Satis enim habebant

areolæ æquo limite dividantur: in quibus quum olera jacta fuerint, semina, vel plantæ per ordinem positæ, aquæ ducantur irriguæ. Lib. II *epist. select.* 13. Hinc optimo jure sapientissimi Monastici Ordinis conditores, ac præ ceteris Basilius, & Benedictus, nihil tantopere alumnis suis edixere, quam ut manibus suis, opere faciendo, quod ad vitam sustentandam opus esset, sibi compararent.

At nunc, clamant, mutata temporum ratione, frustra hoc institutum in nostris Monachis requirimus, ac si optimi tritici copia referti glandes concupisceremus. Quibus liceat mihi verbis Divi Hieronymi respondere ex eadem epistola ad Rusticum petitis: *Nunc sub religionis titulo exercentur injusta compendia, & honor nominis Christiani fraudem magis facit, quam patitur. Quodque pudet dicere, sed necesse est, ut saltem sic ad nostrum erubescamus dedecus: publice exter-*

bant alimenta, & vestitum, quo tegerentur, quum eos, qui opes concupiscerent, in varias tentationes, & in laqueum Diaboli incidere putarent (4). Jam quum directio-

tendentes manus pannis aurum tegimus, & contra omnium opinionem, plenis sacculis morimur divites, qui quasi pauperes viximus. Tibi, quum in Monasterio fueris, hæc facere non licebit: & inolescente paulatim consuetudine, quod primum cogebaris, velle incipies; & delectabit te labor tuus: oblitusque præteritorum, semper priora sectaberis, nequaquam considerans quid alii mali faciant, sed quid boni tu facere debeas. Neque vero peccantium ducaris multitudine, & te pereuntium turba sollicitet.

(4) *In laqueum diaboli incidere.* Apostoli Pauli sententia hæc est, cui præierat Servator noster Christus, quum apud D. Matthæum cap. XIX ait: *Amen dico, quia dives difficile intrabit in regnum cælorum. Et iterum dico vobis: Facilius est camelum per foramen acus transire, quam divitem intrare in regnum cælorum.* Hæc autem universim ad omnes,

ptiones, cædes, & vastitates, quas quaquaversum intulerunt tot barbaricarum gentium incursiones, quibus universum Romanum imperium affligebatur, omnia miscerent, at-

mnes Christianos dicta esse voluit Christus. At quanto magis ad Monachos, ac Moniales pertinere eadem illa putandum est, quæ perfectiori quadam ratione singula quæque optimi Magistri monita & consilia complecti, atque opere exequi profitentur? Amoventur nimirum a perfecti Christiani vita nimiæ divitiæ, quia veluti exitiales illecebræ habentur ad omnes pravas mortalium cupiditates, quibus cum quotquot Christi disciplinam sequuntur vacare oppido debent, tum vel maxime Monachi, & Moniales. Recte Cassianus in libro de spiritu philergiæ cap. VII: *Quamobrem nullis vilis despectusque videatur hic morbus, qui sicut potest perfacile declinari, ita si quemquam possederit, ad sanitatis remedia vix pervenire concedit. Receptaculum namque est vitiorum, malorumque omnium radix; & inextricabilis nequitiæ fomes efficitur, dicente Apostolo: Radix omnium*

atque confunderent, templa pene omnia, & Monasteria prædæ tradita sunt, & monachi tecto ejecti, & longe lateque palantes, aliud vitæ genus adsciscere, illudque sanctita-

omnium malorum est philargia, ideft amor pecuniæ. Sed mortiferos divitiarum fructus luculentius recenset Divus Thomas 1, 2, quæst. 84, art. 1. ita inquiens: *Primo quia divitiæ præbent facultatem & subsidium, ac velut alimentum & pabulum omnibus vitiis, & pravis desideriis exequendis, ad similitudinem radicis arboris, quæ præbet alimenta toti arbori. Videmus enim quod per divitias homo acquirit facultatem perpetrandi quodcumque peccatum, & exequendi desiderium cujuscunque peccati: eo quod ad habenda quæcumque temporalia bona potest homo per pecuniam juvari, secundum quod dicitur Ecclef. 10: Pecuniæ obediunt omnia. Inde divitiæ mammona iniquitatis nuncupantur, quia materiam præbent multarum iniquitatum; imo incitamentum sunt ad omnes iniquitates.*

Tria nobis fere opponi solent ab iis, qui Monasteriorum luculentas divitias mor-

ſtitatis propoſitum, quod antea tenuerunt, deſere coacti ſunt.

IV. Sed ubi publicarum rerum ordo, & pacis otia quaſi poſtliminio redierunt, ſtatim ſingularis ſanctitatis laude præclari non pauci prodiere, qui Monaſticam diſciplinam priſtinæ reſtituere dignitati conati ſunt, utcunque non pauca veteris li-

mordicus defendunt. Primo, inquiunt, divitiæ quæ in medium a Monaſterio poſſidentur, nihil officiunt ſingulorum Monachorum voluntariæ paupertati, qui nihil peculiare poſſidere profitentur. Deinde quum ſinguli Monachi optimis inſtitutionibus ac legibus regantur, Præfectorum erit munus, ut eos in officio contineant, neve quidquam contra votorum nuncupationem perpetrent. Ac denique ex divitiarum abundantia nihil niſi quod ad parcum victum cultumque ſatis ſit a Monachis deſumitur: quidquid ex eo ſupereſt, ad egenos alendos erogatur. Adverſus ſingula breviter eſt nobis reſpondendum. Ac primo nego com-

licentiæ veſtigia manſerint: quum quæ ad corporis labores, aliaſque exercitationes, quæ a veteribus illis laudabiliter inſumebantur, inſuper habitæ ſint. Quum igitur Abates, & Præfecti Monaſteriorum in rerum dominos temporalium evaſerint, paullatim maximis reipublicæ negotiis intereſſe, belliſque ſu-

communes Monaſteriorum facultates nihil ſingulorum Monachorum ſanctitati officere. Nam quod in commune poſſidetur, in ſingulorum commodum cedere, nemo ſobrius inficiabitur. An non quotidie videmus in unoquoque Monaſterio ſingulos atque univerſos, pro facultate, aut parcius, aut ſumptuoſius victitare? Nam, quod ſecundo loco poſitum eſt, fruſtra Præfectorum erit induſtria in tuenda Collegii diſciplina, ubi corruptionis ac depravationis extabit ſcaturigo. Semel enim malis cupiditatibus inquinatum Monachum haud facile ad recti juſtique ſtudia revocabis. Sapienter Divus Auguſtinus epiſt. 137, *Sim-*

suscipiendis sese immiscere cœperunt : quo factum est , ut hi rerum temporalium caussa in Principum aulis degere compellerentur . Jam Monachi recta directionis cura destituerentur, & rerum fastu mundialium, & divitiarum copia turgescerent . Hoc sane malum , quod Monasteriorum alit, fovetque opu-

Simpliciter, inquit , *fateor caritati vestræ coram Domino Deo nostro , qui testis est super animam meam : Ex quo Deo servire cœpi , quomodo difficile sum expertus meliores, quam qui in Monasteriis perfecerunt ; ita sum expertus pejores , quam qui in Monasteriis ceciderunt : ita ut hinc arbitrer in Apocalypsi scriptum ; Justus justior fiat, & qui in sordibus est , sordescat adhuc .* Si igitur Monachos majora prolabendi impendent pericula,quum, Augustino si credimus, minus prompta erit eis resurgendi spes ; eo diligentius cavendum ipsis erit a divitiis , quæ facilius solent præbere peccandi occasionem. Ac proinde maturius Monachos suos mo-

opulentia, cuncta semper præsentissima vicere remedia, ea vel maxime, quæ Patres Concilii Tridentini novissime adhibere studuerunt. Hi quidem, quod necesse fore animadvertebant, ut tantum Monasteria possiderent, quantum Monachorum satis victui esset, ita ingentes eorumdem divitias, atque opes

monuit idem sanctissimus Doctor in sua Regula cap. IV, *Ne ea quærant in Monasterio, quæ nec foris habere potuerunt; nec ideo se putent esse felices, quia invenerunt victum, & tegumentum, quale foris invenire non poterant: nec erigant cervicem, quia sociantur eis, ad quos foris accedere non audebant: sed sursum cor habeant; nec terrena ac vana quærant, nec incipiant esse Monasteria divitibus utilia, non pauperibus, si divites illic humilientur, & pauperes illic inflentur*. Frustra autem, quod erat tertium, contendunt, in divitiarum affluentia Monachos sanctam posse servare paupertatem, ac si ceteris largirentur, quod sibi superfit. Sed

opes exhorruerunt, ut ex ipsis reformationis decretis facile intelligi poterit. Et quamvis nostra hac ætate minime quidem præterita illa mala, sed arctiorem potius disciplinam in Monasteriis obtinere, nemo non videat; tamen illud, quod aliquando gignitur, augendarum opum desiderium, non equidem

Sed quæso rerumne abdicationem Monasticum institutum profitetur, aut vero divitiarum dispensationem? Quid enim adeo repugnans, quam pauperem sese verbo, etsi votis nuncupatis, præbere, simulque ingentium divitiarum procuratorem ac largitorem agere? Nam ipsa divitiarum possessio ea est, quæ suggerit incitamenta vitiorom. Utinam Monachi nostri sanctissimi viri Hilarionis ad imitandum exemplum sibi proponant: qui Orioni cuidam plurima dona offerenti, quasi gratiam vellet reddere, quod ejus opera spiritus immundi captivitate esset liberatus, hæc ait, narrante D. Hieronymo in ejus Vita: *Non le-*

dem veniam mereri arbitror. Hæc autem divitiarum cupido, qua Monachorum ſodalitates tenentur, curandum optimo Principi eſt, ut, quantum fieri poteſt, ab eorum mentibus, modis omnibus avellatur. Quidquid intus, foriſque Eccleſiaſticam reſpicit diſciplinam, haud minori eſſe curæ Principi debet

B

legiſti, inquit, quid Giezi, quid Simon paſſi ſunt, quorum alter accepit pretium, alter obtulit, ut ille venderet gratiam Spiritus, hic mercaretur? Quumque Orionus flens diceret: Accipe, & da pauperibus, reſpondit: Tu melius potes tua diſtribuere, qui per urbes ambulas, & noſti pauperes. Ego qui mea reliqui, cur aliena appetam? Multis nomen pauperum occaſio avaritiæ eſt: miſericordia vero artem non habet. Nemo melius erogat, quam qui ſibi nihil reſervat. Quacunque ex parte igitur Monaſteriorum nimias divitias ſpectaveris, ſemper eas noxias admodum puriſſimo Religionis inſtituto invenies: ac propterea haudquaquam optimo

bet (5), quam ipsa populi salus. Nimirum potissimas Ecclesiasticæ disciplinæ leges in Principis tutela esse oportet: ipse enim in eos animadvertit, qui earumdem sanctitatem aggrediuntur, violatoresque, & contemptores ad earum obsequium & reverentiam reducit; pacem, & tranquillitatem servat, neve quid respublica capiat detrimen-

ptimo cuique probandæ illæ sunt. Quæ de Monachorum, eadem ad Monialium statum referenda sunt.

(5) *Curæ Principi esse debet*. Inter potissima boni Principis munia illud adnumeratur, diligentem ipsi curam adhibendam esse, quo bonorum *amortizationes* non nisi recte atque ordine fiant, ita scilicet, ut nullum reipublicæ detrimentum importent. Quæ res quum late pateat, atque hujus voluminis argumentum omne complectatur, non erit ab instituti ratione alienum, si propius rem ipsam attingamus, disputemusque de ea paulo copiosius, ab ipsa nominis significatio-

menti, profpicit. Ecclefia quippe, ut fapientiffimorum Patrum fimilitudo eft, nihil eft aliud, quam vectorum navis, quam commifit Deus fupremus omium dominus gubernatori, qui clavum tenens fedet in puppi, curfumque dirigit, & adverfus ingruentes tempeftates in portum tendit.

V. Quum igitur compertum fit,

tione exordientes, quam a plerifque video non eodem fenfu fuiffe ufurpatam. *Manus mortua* (quod idem *amortizatio*) apud infimæ latinitatis fcriptores fervum præfeferebat fundo addictum, qui, quæ bona vivens poffediffet, eadem, vita decedens, donare non poterat: ea propemodum ratione, ac apud Romanos liberti latini, qui liberi vitam ducebant; fervi autem decedebant. Huc pertinet illud Salviani lib. III, ad Eccl. Cathol. *Negato ultimæ voluntatis arbitrio, etiam quæ fuperftites habebant, morientes donare non poterant*. Quemadmodum igitur hominibus illis, quos *Manus mortuas* appella-

Ordinem Monachorum temporalium bonorum ratione, contra ſtatutam jamdium diſciplinam, adeo immutatum eſſe, ac labefactatum, ut difficilior ejus cura eſſe videatur; minuſque conveniat malum attingere, ne forte in pejus recidat; prudentiæ ſane erit in præſentia quieſcere, ac tempus opperiri, quod præſentiſſimum rerum humanarum re-

labant, de bonis ſuis teſtari minus licebat; eo nomine poſtmodum in perſonas Eccleſiaſticas, aliaque Clericorum Collegia translato, eis proinde de bonis beneficiorum, aut dignitatum, vel Collegiorum teſtari prohibitum. Quæ ſententia Ducangii eſt. At vero Chriſtianus Lupus in *cap. 3. de Simon. Monaſt.* contendit manum mortuam, vel vivam dici potius ex capacitate, quum quis idoneus ſit, vel minime retinendi, acquirendive bona temporalia: atque ita ex eo *Manus mortua* nomen Eccleſiis, Collegiis, & Communitatibus inditum, quatenus Principes eis poteſtatem fecerint

remedium eſt. Sed nunquam recti eſſe conſilii putandum eſt, fortunæ relinquere, ut partes jam labefactatæ ipſo contactu, totum, quod reliquum eſt corporis, corrumpant, eique vitam adimant: & medicorum quemque, ſi in eo negligentior fuerit, magni fore criminis reum nemo non videt. Quamobrem non quia opulentia veterem diſci-

rint acquirendi, retinendique facultates ſine ipſorum permiſſu.

At vero in Capitularibus Caroli Magni apud Stephanum Balutium, ſæpe *Manus mortuæ* nomen Regio Fiſco tribuitur: ex eo fortaſſe nomine ſumpto, quod bona ad Ærarium Regis pertinentia, ut Principatui adhærentia, diſtrahi, alienarive nequaquam poſſunt. Ob eamque rationem & Sacroſanctis Eccleſiis datum fuit, ut earum facultates, utpote ad divinæ Religionis exercitia adhibendæ, alienationi obnoxiæ non eſſent. Huc referri poteſt quod Petrus Pecchius ſcripſit. *Quemadmodum* (inquit)

plinæ sanctitatem ejecerit, ideo patiemur, ad tot alienos ab ipsius integritate disciplinæ titulos, quotidie alios accedere, efficereque ut malum in dies increbescat, & cuncta in præceps ruant. Et sicut sapienter agitur, si illud extare sinatur, quod olim factum est, quoties nullus remedio locus sit; ita in hoc Regno, ut apud meliores Fori nostri

quit) *lis mortua dicitur, quæ in disceptatione judiciali esse desinit, exheredatus mortuus, qui inter heredes amplius non est; eodem quoque modo eam rem mortuam non absurde dici existimo, quæ amplius de una manu in alteram manum viventium non transit, sed communi hominum commercio eximitur, cujusmodi sunt hæc bona, quæ dicimus amortizata*. Appellatur igitur Fiscus *Manus mortua*, quod is solus eo jure fruitur bona possidendi, quæ in commune cum reliquis civibus commercium minime veniunt. Quare *Manum mortuam*, sive *Amortizationem* vocant plerique illam Principis concessionem,

ſtri Juriſconſultos receptum diu eſt, illas, quæ a Monachis, & Monialibus de ſuis bonis fiunt, renunciationes, dum vota emittunt, ſemper eorum jura excludere, ac reales omnino eſſe, cenſeri oportet. Neque ferendum ullo modo videtur, ut nova prorſus doctrina, opinandique ratio excipiatur, quam nonnulli Cauſidicorum ineptiſſimi, &

nem, quum certis perſonis, & Collegiis facultatem largitur bona acquirendi, retinendique, quæ non ſecus ac bona illa, quæ ad illius Ærarium pertinent, alienari nunquam poſſint: neque enim niſi ſoli Principi, ſive ſupremæ Poteſtati, beneficium illud acceptum referre debere Eccleſiam vulgo affirmant, ut rerum poſſeſſionem nanciſcatur. Quum igitur bona Eccleſiis tradita, tametſi in republica extent, a communi tamen civium ſocietate auferantur; nihil profecto mirum ſi Principis ad id requiratur facultas, quum ſolius Principis ſit pro reipublicæ commodo jura commer-
cii

absurdæ aliquæ Fori decisiones præseferunt, ac si non ea ratio, ut forma renunciationum fert, pro cujusque natura habeatur; atque interdum eædem renunciationes tantummodo personales esse existimentur, adeoque Monasteria succedere oporteat in tantam reipublicæ, & Ec-

cii præscribere. Ita nimirum in Capitularibus Caroli Magni, ubi de Ecclesiarum rebus sermo est, constitutum legimus: *Ubi vero manus mortua interjacet, aut alia quælibet causa, quæ rationabilis esse videatur, inventa fuerit, diligenter describatur, & ad nostram notitiam perferatur.* Quæ verba in hanc sententiam interpretatur Christianus Lupus loco, quem supra indicavimus: *Manus mortua in hac lege significare mihi videtur potestatem Regis, sive possessionem Regis, aut Fisci, ut sit sensus: Ubi vero Ecclesiarum prædia sint in manu Regis, sive possessa per Fiscum, aut alia quævis rationabilis causa intervenerit, diligenter describatur.*

Ecclesiasticæ disciplinæ perniciem (6): nosque omnes, qui non sine magno animi dolore videmus, bona ferme omnia in Monachorum, & Monialium claustris contumulata, adhuc aspicere sustineamus in idem, ut ita dixerim, commune sepulchrum inferri, quod nostrarum reliquum

B 5 for-

(6) *In tantam reipublicæ perniciem.* Ipsam bonorum *amortizationem* reipublicæ commodis noxiam habitam fuisse, juvat principio veterum Romanorum, & Græcorum exemplis demonstrare. Quod nolim mihi vitio vertatur, ac si Marsanni, aut Spengeri ordinem secutus, res profanas ad confirmanda Christianorum instituta adhibeam. Neque enim id crimini olim datum fuit Cardinali Baronio, qui reprehensiones imperitorum sic rejecit: *Sed quid? Non licuit quæ apud gentes superstitioso cultu impie agerentur, eadem expiata sacro ritu, ad pietatem transferre, ut majori diaboli contumelia, quibus ipse coli voluerit, Christus ab omnibus honoretur? Ad an. Ch. XLIV.*

Nu-

fortunarum eſt.

VI. Hinc recte a Principe factum arbitror, ſi cuſtodia, metuque diſciplinæ, pro ea, quam a Deo habuit Regum maximo, ac Domino, quam-

Numa igitur Rex, qui primus Romanis religiones, ritus, & ceremonias tradidiſſe dicitur, ita rem omnem compoſuit, ut reſpublica inde commodum potius, quam detrimentum ſuſciperet. Sic enim narrat Plutarchus in ejus vita: *Hic vetuit Romanis, hominis, vel beſtiæ formam tribuere Deo: neque fuit apud eos ante vel picta, vel ficta imago Dei; ſed primos centum ſexaginta annos Templa extruxerunt, & Cellas Diis. Simulacrum per id temporis nullum habuerunt, nefas putantes auguſtiora exprimere humilioribus, neque aſpirari aliter ad Deum, quam mente poſſe. Ad hæc hoſtiæ ejus reſpondent plane victimis Pythagoricis: incruentæ enim erant, ac fere farina, libaminibus ex vino, & rebus ſimpliciſſimis parabantur*. Quam Numæ inſtitutionem non perinde a nobis relatam quis exiſtimet, ac ſi Iconoclaſtorum errorem, convictum jam in II Synodo univerſali Nicæna, aut

quamque Concilia Patrum tantopere commendarunt, poteſtate, haud umquam patiatur, hanc tantorum malorum novam aperiri ſentinam; ſed potius jam tandem ſtatuatur, ut

aut Arnaldi Brixiani, & Valdentium deliramenta, opinantium viros eccleſiaſticos omni bonorum poſſeſſione eſſe ſpoliandos, ulla ex parte defendam: quam notam longe a nobis eſſe volumus. Sed eo Numæ legem protulimus, ut plane appareat, apud veteres ſolius Principis fuiſſe, ita rem ſumptuariam ad ſacras res, atque ad exteriorem cultum religionis præſcribere, ut religio, quæ ex cordis ſimplicitate maxime pendeat, minime pateretur eam rerum ſenſibilium copiam deperire: ac ſimulatque Principi innoteſceret eam rerum utilium abſumptionem in reipublicæ, & civium incommodum cedere, ejus muneris eſſe, modum in eo ſtatuere, & quid facto opus ſit, legibus ſancire. Numa igitur ſacrorum ritus & cerimonias conſtituens, ea non niſi oleo, farre, vino de vite peragenda juſſit. *Numa* (inquit Plinius hiſt. lib. 11) *inſtituit Deos fruge colere, & mola ſalſa ſup-*

ejuſmodi renunciationes reales prorſus habeantur, utque ipſa monaſtica profeſſio ſollemnis, & perpetuæ renunciationis vim ſemper obtineat. Ac quondam ſapientiſſimus Regum omnium

ſupplicare, *atque*, *ut auctor eſt Hemina*, *far torrere*, *quoniam toſtum cibo ſalubrius eſſet*. *Id uno modo conſecutum*, *ſtatuendo*, *non eſſe purum ad rem divinam*, *niſi toſtum*. Nimirum ejuſmodi res alimenta eſſe omnium ſacrificiorum voluit Rex ſapientiſſimus, quo ſolertiores & promptiores ſuos efficeret ad agrorum diligentem culturam, unde potiſſima reipublicæ ſalus; ſimulque inertiſſimorum fucorum longius abigeret ſocordiam.

Sed ut luculentius appareat, ſapientiſſimos illos Romanorum nunquam religionis inſtituta a reipublicæ in columitate ſejunxiſſe, juvat hic ſepulchrorum ritus expendere. Equidem modum illi adhibebant in ſepulchris conſecrandis, ne ſcilicet quod mortuorum eſſet inane ſolatium, id viventibus foret noxium. En Ciceronis de leg. lib. II verba: *Sed videamus Platonem*, *qui juſta funerum rejicit ad interpretes religionum*,

omnium Salomon luculenter oſtendit, quiſnam ex Dei voluntate & præſcripto Rex foret: is ſcilicet, qui diſciplina paſcit ſubditos. Ratio, modus, & legum inſtitutio diſciplinam

num, quem nos morem tenemus. De ſepulchris autem dicit hæc: Vetat ex agro culto, eove, qui coli poſſit, ullam partem ſumi ſepulchro: ſed quæ natura agri efficere tantummodo poſſit, ut mortuorum corpora ſine detrimento vivorum recipiat, ea potiſſimum ut compleatur. Quæ autem terra fruges ferre, & ut mater cibos ſuppeditare poſſit, eam ne quis nobis minuat, neve vivus, neve mortuus.

Vult porro Cicero, atque adeo etiam lege firmari proponit, quam minimum agri fieri religioſum: nam quod religionibus conſecratur, & hominum communione abduci crediderant, atque hinc ſingulorum, atque univerſorum incommodum oriri arbitrabantur. Quod inſtitutum tanto ſtudio ab illis obſervatum comperimus, ut quum Serv. Sulpicius ob Rempublicam in legatione mortem obierit, cenſuit Cicero in Philipp. IX remittenda eſſe, quæ de coercendis fini-

nam efficiunt, cujus integra observatio paternæ Principis tutelæ concredita est. Definire autem dogma, & cultum moderari divinum, & novas cœremonias, ritusque, sive no-

finibus sepulchrorum erant jam lege constituta, quo scilicet grati essent in ejus morte decoranda, cui nullam jam aliam gratiam referre possent. *Quum Serv. Sulpicius, Q. F. Lemonia, Rufus, ita de republica meritus sit, ut his ornamentis decorari debeat; Senatum censere, atque e republica existimare, Ædiles Curules edictum, quod de funeribus habeant, Serv. Sulpicii, Q. F. Lemonia, Rufi, funeri remittere: utique locum sepulchro in campo Esquilino C. Pansa Consul, seu quo in loco videbitur, pedes triginta quoquo versus adsignet, quo Serv. Sulpicius inferatur.* Postmodum vero sapientissime ob eamdem rationem cautum legimus, ut sepulchrorum loca quam angustissimis finibus continerentur. *Sepulchrum est, ubi corpus, ossave hominis condita sunt. Ut autem Celsus ait, non totus, qui sepulturæ destinatus est locus, religiosus fit, sed quatenus corpus humatum est,*

novas precum formulas instituere, non aliorum, quam unius Ecclesiæ est: sed Principem decet inspicere, ut hæc omnia vim habeant, recteque exigantur, ne quid unquam exor-

est. *Leg. locum II*, *Dig. de relig.*

Nec minus in reliquis rebus omnibus prospexere Romani, quo minus aliquid in suis religionibus, quod reipublicæ esset commodis contrarium, constitueretur. Quæ fere omnia ita recenset Cicero lib. II de legibus, ubi quum assumpsisset: *Ne quis agrum consecrato. Auri, argenti, eboris sacrandi modus esto*; subinde ex Platonis sententia sic eam legem interpretatur: *Terra igitur, ut focus domiciliorum, sacra deorum omnium est. Quocirca ne quis iterum idem consecrato. Aurum autem & argentum in urbibus, & privatim, & in fanis invidiosa res est. Tum ebur ex inani corpopore extractum, haud satis castum donum Deo. Jam æs, atque ferrum, duelli instrumenta, non fani. Ligneum autem quodque voluerit, uno e ligno dedicato, itemque lapideum in delubris communibus. Textile ne operosius, quam mulieris opus*

exorbitans, aut reipublicæ commodis alienum prodeat. Præterea publica poſcit utilitas, ut hic recens ſucceſſionis, & aliarum opum augendarum titulus undique explodatur. Quod

pus menſtruum, *&c.* Ex quibus verbis nemo eſt quin intelligat, eo conſilio veteres illos veram legis ſententiam ſub verborum involucris apud imperitam multitudine occuliſſe, ne a Deorum religione averſos, aut pietatis expertes ſeſe proderent. Germana quippe ratio, quare telluris conſecrationem prohiberent, ea ſine dubio fuit, ne ager ex communi inter cives commercio divelleretur, quod reipublicæ haud conducibile credidere: ſed commenti ſunt, ab initio ſui fuiſſe jam conſecratam, ut Deorum domicilium: ac proinde nefas eamdem iterum conſecrari. Præterea aurum, & argentum, ut rem invidioſam a fanis amoveri cupiebant, ne quod ad exteriorem Deorum cultum magno impendio inſumeretur, civibus eſſet detrimento. Tum æris, & ferri uſum, propterea quod belli eſſent inſtrumenta, minime æquum eſſe in Deorum cultu impendi, quem

Quod ſi tutelæ nomen Principem movere debet, ut Eccleſiaſtica ubique diſciplina ſarta tecta ſervetur; ipſum Regis nomen impellere profecto eumdem convenit, ut, etiam at-

quem undique pacem redolere conveniat. Proinde lignum, & lapidem ſolummodo in ſuis ceremoniis adhiberi cupiebant, utpote quæ civium rationibus minime eſſent noxia.

Longe autem ante Ciceronis ætatem, effrenem hominum telluris conſecrandæ libidinem coercitam invenimus ex illis ejuſdem Ciceronis verbis Orationis pro domo ſua, ubi P. Clodium ita inſectatur: *Quid? In dedicatione nonne & quis dicit, & quid, & quomodo, quæritur? An tu hæc ita confundis, & perturbas, ut quicunque velit, quod velit, quomodo velit, poſſit dedicare? Quis eras tu, qui dedicabas? Quo jure, qua lege? Quo exemplo? Qua poteſtate? Ubi te iſti rei populus Romanus præfecerat? Video enim eſſe legem veterem tribunitiam, quæ vetet, injuſſu plebis, ædes, terram, aram conſecrare*. Quod ſane mirum videri poteſt, Romanos, qui ſupra gentes alias

atque etiam videat, ne quid utilitas publica detrimenti capiat.

VII. Jam publico bono inſtitutum, atque ortum Principatum conſtat: neque illud aliunde, quam ex ipſis Prin-

alias omnes maxime religionibus addicti, ac ſuperſtitioſi habebantur, caviſſe ne quis injuſſu plebis tellurem dedicaret, quum alioquin cetera omnia ſacrorum jura Pontificum imperio ſubdidiſſent. Nimirum illam prorſus ejus rei fuiſſe rationem putandum eſt, quod, quum res per dedicationem ex communitate ſecluderentur, ſolius id ſupremæ poteſtatis, cui ſoli jura omnia commerciorum conſtituenda ſunt, eſſe voluerunt, jus conſecrationis tribuere. Quæ ſumma populi poteſtas, poſtquam ad Principes translata eſt, factum, ut ex ejuſdem arbitrio penderet harum conſecrationum dare, vel interdicere poteſtatem.

Neque vero ejus rei deſunt in veteribus illis exempla. Extat epiſtola Plinii ad Trajanum, ejuſque reſponſio, quæ quum egregium vetuſtatis monumentum contineat, juvat hic referre. *Ante adventum meum* (inquit epiſt. 58, lib.

Principis, Populique commodis exiſtit, qui unam, eamdemque, quod ad rempublicam attinet, utilitatem efficiunt. Et quamvis aliquid inter eos diſcriminis eſſe videatur; re-

lib. x) *Domine, Nicomedienſes priori foro novum adjicere cœperunt, cujus in angulo eſt ædes vetuſtiſſima Matris Magnæ, aut reficienda, aut transferenda, ob hoc præcipue, quod eſt multo depreſſior opere eo, quod nunc maxime ſurgit. Ego quum quærerem, num eſſet reliqua lex dicta templo; cognovi alium hic, alium apud nos eſſe morem dedicationis. Riſpice ergo, mi Domine, an putes ædem, cui nulla lex dicta eſt, ſalva religione poſſe tranſferri: alioqui commodiſſimum eſt, ſi religio non impedit.* Cui epiſtolæ Trajanus, ſuam ea in re agnoſcens poteſtatem, ita reſcripſit: *Potes, mi Secunde cariſſime, ſine ſolicitudine religionis, ſi loci poſitio videtur, hoc deſiderare, Ædem matris Deum transferre in eam, quæ eſt accommodatior: nec te moveat, quod lex dedicationis nulla reperitur, quum ſolum peregrinæ civitatis capax non ſit dedicationis, quæ fit noſtro jure.* Cujus epiſtolæ ſen- ten-

revera tamen nihil prorſus intereſt: ea enim jura, quæ commoda Principis propius attingere videntur, in populi quoque felicitatem influunt, ut felicitas Populi, naturali quadam vi,

tentia plane eruitur, ſi animadvertatur, apud Romanos minime fas templum in aliam aream transferri, ni certa ſubeſſet ratio, quæ de more in ipſa dedicatione conceptis verbis referebatur. Quum igitur Plinio minime innoteſceret ejus templi dedicatio, ex cujus formula fundationis legem ab ipſo fundatore addictam cognoſcere poſſet, incertus ea in re hærens, ad Imperatorem rem defert, qui reſpondit, ſalva religione, jure poſſe templum illud transferri, quoniam apud exteras gentes alio ritu, aliiſque ceremoniis conſecrationes celebrantur. Quare eum, ne ulla difficultate in ea templi translatione moveatur, monet: propterea quod ſolum peregrinæ Civitatis capax minime eſſet ejus conſecrationis ritus, quem Romani uſurpabant: hi enim adeo peculiari utebantur ſacrorum jure, ut illud nulli aliæ genti prorſus attribui fas eſſet. Atque hinc etiam dignoſcere quivis

vi, ad commoda Principis redundat. Quoniam igitur mala, ex nimiis Ecclesiasticorum opibus prodeuntia, quum ipsam Principis majestatem afficiunt, populi quoque rationibus ob-

vis potest, jura consecrationis ad Imperatores pertinuisse, ut nihil fieri posset sacrum, imprudente Principe.

Ceterum moribus Romanorum cautum, ne quis Deos heredes faceret: ita enim scribit Ulpianus: tit.22.fragm. *Deos heredes instituere non possumus, praeter eos, quos S. C. constitutionibus Principum instituere concessum est*. Ea videlicet, ut ferebant, de causa, quia hereditatem minime cernere, hoc est, adire, poterant: re autem vera, quia reipublicae commodis noxium putabant, bona civium consecrari. Quos vero Deos S. C. & Principum constitutiones heredes institui sinebant, eis antea jus *trium liberorum* dabatur. *Quibus vel viris* (scribit Dio Cassius lib. LVI) *vel mulieribus fortuna tertiam prolem non concessit, eorum nonnullis tamen lex quaedam a Senatu primum, nunc autem ab Imperatore etiam lata jus trium liberorum largitur* . . *&*

obſunt; & viciſſim populi detrimenta, Principis etiam incommoda ſecum trahere conſtàt; jam ex eo intelligi facile poterit, quæ ratio de civium opulentia, deque recto

& non modo homines, ſed Dii quoque hæc inveniunt, ut quod iis moriens aliquis legavit, accipiant. Sed quærendum videtur, cur Diis jus *trium liberorum* largiebatur, quum ſine illa juris fictione poſſent Dii, quos Senatus, & Imperatores idoneos judicabant, heredes fieri. Factum id fuiſſe arbitror, ut raro admodum, neque ſine cauſæ cognitione Dii heredes inſtituerentur, quum minus ſæpe, ac difficiliter jus trium liberorum tribueretur; quod ex Trajani teſtimonio apud Plinium epiſt. 96, lib.x videre eſt: *Quam parce hæc beneficia tribuam, utique, mi Secunde cariſſime, hæret tibi: quum etiam in Senatu affirmare ſoleam, non exceſſiſſe me numerum, quem apud ampliſſimum ordinem ſuffecturum mihi profeſſus ſum. Tuo tamen deſiderio ſubſcripſi, & ut ſcias dediſſe me jus trium liberorum Svetonio Tranquillo ea conditione, qua aſſuevi, referri in commentarios meos juſſi.* Quia

cto Reipublicæ ordine ineunda sit. Hoc sane, ut probe intellectum, perspectumque habeatur, ipsam bonorum Ecclesiasticorum affluentiam nosse necesse est, quæ tanti caussa mali

Quia vero Municipiorum bona, item Collegiorum, & Universitatum extra commercium esse putabantur, utpote quæ alienari minime possent; vetitum propterea ne heredes fierent. Sic enim Ulpianus ait: *Nec municipia, nec municipes heredes institui possunt, quoniam incertum corpus est, ut neque cernere universi, neque pro libitu de herede cernere possint, ut heredes fiant. S. C. tamen concessum est, ut a libertis suis heredes institui possint. Sed & fideicommissa hereditas municibus restitui potest; denique hoc S. C. prospectum est.* Quod S.C. Vir doctissimus Josephus Toscanus in suis *de Causis Romani Juris* Commentariis recte contendit, sub Hadriano Imperatore, quin etiam ipso adnitente latum fuisse, quo universæ Italiæ, ac Municipiorum benevolentiam sibi compararet. Semper tamen illud fixum certumque manet, Romanos nulli magis rei

mali eſt; tametſi juſta, & moderata bonorum acquiſitio laudabilis prorſus & ſancta habenda eſt, quæ alendis ſacris Eccleſiæ miniſtris inſerviunt. Sed quanta hujuſmodi bonorum coacervatio ſit, inquiſitione non indigemus, quum palam fiat ex computatione, quæ anno MDCC. juſſu No-

rei proſpexiſſe, quam ut, quo minus fieri poſſet, bona Civium conſecrationi, & dedicationi forent obnoxia, eo certe conſilio ne a communi hominum jure, ac ſocietate ſecluderentur: quod non parum detrimenti in univerſam rempublicam importare putabatur.

Quæ ex veteribus Romanorum commentariis hactenus retulimus monumenta, ea fere omnia ex Græcorum inſtitutis deſumpta fuiſſe conſtat. Quare nonnulla græcanicæ philoſophiæ exempla in medium juvat afferre, ut quæ ratio apud illos in conſecrandis rebus valuerit, planius appareat. Ælianus quidem hiſt. lib. v, cap. 14 de Græcorum legibus ſcribens ſic ait: *Hoc etiam ſervatum*

Innocentii XII. P. M. inita eſt, ut ex regeſtis, quæ in noſtræ Pontificiæ Legationis tabulario adſervantur, videre eſt. Ex iis Eccleſiaſticorum reditus ſepties decies centena millia quotannis ſummam efficiunt, quibus adjecto bonorum incremento, quod ad hunc uſque di-

vatum cuſtoditumque apud ipſos eſt: Bovem aratorem, qui jugum trahit, vel cum aratro, vel cum plauſtro, ne mactes: quoniam ille etiam agricola eſt, & humano generi laborum ſocius. Quam legem apud reliquas etiam gentes viguiſſe narrat Varro lib. II, cap. 5 his verbis: *Bos ſocius hominum in ruſtico opere, & Cereris miniſter. Ab hoc antiqui manus ita abſtineri voluerunt, ut capite ſanxerint, ſi quis occideret.* Quare Ovidius Faſt. lib. IV inquit:

A bove ſuccincti cultros removete miniſtri.

Bos aret: ignavam ſacrificate feram.

[illegible]

em acceſſit, quo uſque opulentiæ ventum ſit, nemo non videt. Id unum dicere non verebor, ni maturius

Vivat, & in dura ſæpe laboret humo.

Quod de bobus arbitrati ſunt veteres illi, de agri conſecratione vel maxime tenuiſſe putandum eſt. Longe enim pluris præ bobus faciebant telluris ſationem; quæ cum vitæ communi hominum tuendæ maxime confert; tum vero ſi diis devoveretur, extra commercia conſtitui, atque adeo iners nulli culturæ ſubjici videbatur.

At vero Plato, poſt quam, ut ſupra dictum a nobis eſt, tellurem conſecrari minime fas eſſe oſtendit; propterea quia quod ſemel eſſet devotum, iterum devovi nefas eſſet; quæ diis eſſent conſecranda ordine enumerat in dialogo II de legibus verbis ſane luculentiſſimis, quæ non omittenda cenſeo: *Diviniſſimæ vero oblationes ſunt aves, atque picturæ, quas ſingulas uno die pictor unus depinxit: cetera donaria quoque omnia his ſimilia ſint.* Nimirum eas res conſecrandas diis cenſebat vir ſapientiſſimus, quæ nec magni conſtarent, nec communi hominum

turius huic reipublicæ incommodo occurratur, jam minus longe aberit, quin laici omnes capite censi eva-

 dant.

minum usui forent admodum necessaria. Egregium vero illud ejusdem Platonis in II Alcibiade, ubi mirantibus Athenienfibus, quare in bello minus propitios experirentur Deos, quos sumptuosissimis sacrificiis colebant; contra vero victoria omnis Lacedæmoniorum esset, qui in Deorum cultu admodum parci essent, Ammonem, quem consulebant, ita respondentem inducit: *Hæc dicit Ammon, placere magis Lacedæmoniorum sibi acclamationem, quam reliquorum Græcorum sacra omnia: nec plura iis respondisse. Acclamationem vero nullam prorsus aliam Deus mihi dixisse videtur, quam illorum preces: etenim revera permultum illi a ceteris differunt. Reliqui namque Græci partim auratis cornibus boves sacrificantes, partim donariis egregiis templa ornantes, quæcunque occurrunt, seu bona, sive mala, a Diis petunt. Dii vero quum illos imprecantes audiunt, dirissimas illorum pompas, & sacrificia non acceptant.*

Atenim, inquiunt, frustra nos e veteribus illis exempla proferre, qui veri cultus,

dant. Quod quantopere ipſius Dei voluntati, ne dum humanis inſtitutionibus ſit contrarium, luculentiſſime intelligitur ex illa Reipublicæ Judaicæ conſtitutione (7), quam idem

tus, verique Dei ignari, nihil ultra fere in ſuis religionibus admittebant, quam quod ſuæ reipublicæ commodis eſſet conſentaneum. Verum niſi admodum in diſputando pertinaces iſti eſſe volent, & illud nobis concedant oportet, ex hoc etiam Chriſtianorum religionem ſupra ceterarum gentium religiones præſtare, quod reipublicæ felicitatem ſolide veriuſque propoſitam habet, maximeque cuncta illa inſtituta complectitur ac tuetur, quæ hominum ſocietati incolumitatem, & commoda pariunt. Quod argumenti genus late perſequitur Divus Auguſtinus in ſuis de Civitate Dei libris, ubi veriſſimis argumentis eorum inſaniam redarguit, qui ex hoc potiſſimum capite ſanctiſſimæ religionis fundamenta labefactare conati ſunt: de quo alibi nobis erit agendum.

(7) *Reipublicæ Judaicæ conſtitutione*. Sapienter admodum hic Cl, Auctor ad He-

idem Deus numine ſuo condidit, ac rexit.

VIII. Quare ſublatis e re familiari laicorum reditibus, detrimentum omne in regium recidit æra-

 rium.

Hebræorum inſtituta nos provocat: quorum exemplum ſi apud nos valeret, non utique tot malis premeremur, nec tanta rerum omnium perturbatio in noſtra republica eſſet, quanta vix jam ferri poſſe videtur. Res igitur quemadmodum apud illos ſeſe habuerit, exquirere libet, de qua etſi in adnotationibus ad priorem Conſultationem egimus, hic nonnulla alia addere, non erit ſupervacaneum. Deus itaque ſummus divinæ illius reipublicæ moderator, & auctor hujuſmodi dat mandata in Numer. cap. xxxv: *Præcipe filiis Iſrael, ut dent Levitis de hereditate poſſeſſionis ſuæ Urbes ad habitandum: & ſuburbana Urbium per circuitus earum dabitis Levitis. Eruntque urbes illis ad habitandum: ſuburbana vero earum erunt animalibus eorum, & ſubſtantiæ eorum, & omni beſtiæ eorum. Et ſuburbana urbium, quas dabitis Levitis a muro urbis, & forinſecus mille cubitorum*

rium. Quibus etiam accessere tot tributorum, & publicorum onerum immunitates, quæ Ecclesiasticorum bonis tributæ sunt: ut quamvis novissima lege *Concordati* inter Carolum Regem nostrum initi, & Benedictum XIV Pontificem vere Maximum, ac Sapientissimum, hæc omnia pro parte conferri oportere cautum sit; illud tamen animadvertendum est, nec partem quidem manere integram, propter partium, ut fere usuvenit, studia, quæ in Census, sive *Catastorum* confectione intercedunt. His adde bonorum Parœciarum, & Valetudinariorum, aliorumque locorum exemptiones: adde

torum erunt per circuitum. Ex quibus verbis liquido apparet, magnopere ad reipublicæHebræorum incolumitatem pertinere dijudicasse Deum, tot agri jugera attribui Levitis, quot ad eorum victum

adde Presbyterorum patrimonia. Atque hinc quis non videt, quantam contributio publicorum onerum, quotannis jacturam facit? Hæc contributionum, maxime realium, ratio, quæ perpetua pacis tempore, & ordinaria publicæ totius rei subsidia sunt, ejusmodi est, ut nisi inter eos, qui publica ferre onera debent, æqua lance pendantur, tantum absit, ut quidquam utilitatis inde capiatur, quin potius haud parum detrimenti, confusionis, & querelarum extiterit: & credi fas est, hanc publicorum disparitatem onerum in caussa esse, ut in tantam, quæ hodie est, re-

 rum

ctum cultumque satis esset, ultra quod quidquam aliud concupiscere ipsis nefas, denuntiante Domino in Deuteron. cap. XVIII: *Hereditas non erit illis in medio fratrum suorum: Dominus est hereditas illorum.* Quo-

rum inopiam reciderint pene omnia Regni Municipia.

IX. Plane contributiones hæc tria continere debent; primum scilicet, ut cives omnes publica jam onera pro suarum quisque fortunarum, & divitiarum modo ferant; deinde ut hujusmodi vectigalia quam minima sint, quo quisque, quoad ejus fieri poterit, victitet molestiarum expers; postremo, ut in his vectigalibus, sive tributis imperandis, remissior ac lenior sit ratio; tempusque inspiciatur, quo res minori cum molestia transigi possit. Quæ tria principia cum in bene constituta republica sedulo certisque

Quocirca recte Menochius lib. 11, de Rep. Hebr. cap. 3. Abulensis sententiam secutus, censet nullam aliam agri possessionem habuisse Levitas, præter illam, quæ ad mille passus urbibus eorum

que legibus constituenda sunt; tum vero sane quam difficile usurpari poterunt, ubi tanto Monachorum & aliorum Ecclesiasticorum viguerit rerum immunitas.

X. Illa præterea compendia intermoriuntur, quæ ex perennibus rerum devolutionibus, & bonis vacantibus, quæque ex publicationibus, & ex rerum ab uno in alterum possessorem transitu existunt; uti & illa omnia intercipiuntur lucra, quæ in Principis ærarium ex communi rerum omnium commercio confluunt. Quum autem Ecclesiastica bona tot immunitatum, & exeptionum jure nitantur, atque ita

eorum adjaceret, dictusque proinde ager suburbanus. *Aliam* (inquit) *rationem affert Abulensis in librum Josue* cap. XXI, quæst. 7, *quia scilicet Levitica Tribus, licet acceperit XLVIII oppida cum suburbanis,*

comparata ſint, ut eorum nunquam dominium depereat; jam ultra Regni limites exſtare videntur, & vero etiam extra munia, & uſus abire, quos optimi Principis auctoritas pro ſupremo, quo fruitur, rerum dominio, ad publica commoda exigere conſuevit.

XI. Jam vero ni opulentia tantam hominum multitudinem ad Monaſteria accerſeret, ut deſidioſæ vitæ otia tranſigantur, quot, & quanti vel in diſciplinas reipublicæ frugiferas, vel in artes pulcherrimas, quæ imperii opes augent, vel in rem militarem, quæ publicæ inſervit incolumitati, vires omnes intenderent?

banis; non tamen vicos, & villas circumjectas poſſedit, rura, aut agros, in quibus magna hominum multitudo degere poterat: ideoque non plus commoditatis ad habitandum habuiſſe hanc Tribum, quam cete-

rent? Ipſa vero Monaſteriorum prædia haud parum agriculturæ officiunt; quum ea aut non rite colantur, aut magna ex parte inutilia manent non unius quidem generis oblectamentis, & deambulationibus dicata; ut per longas ſemitas, & patentia viridaria amœnitates ſequerentur, nec quidquam ad mollioris cultus rationem deeſſet. Et quamvis ea interdum laicis locantur, hi non omnem in eis induſtriam adhibent, ſed tantum inde lucelli aliquid captare ſatis habent, cetera negligunt: fit enim, ut ſecus ſuos, quam alienos agros quiſque colat. Hinc agricultura, qua

ceteras. Ager vero ille ſuburbanus varie appellatur, pro varia interpretationum ratione; revera autem eadem ſententia conſtat. Poſſeſſionum autem æquam inter Cives omnes partitionem non

qua omnes cujuſque conditionis homines aluntur, quæque eſt totius imperii ſalus, ire peſsum quotidie pergit, quam ſapientes omnes Principes recte putarunt, præ ceteris reipublicæ gignere felicitatem. Nec deſunt plura exempla, ex quibus conſpicere noſtra hac ætate eſt, eos Reges ſupra ceteros alios potentia, & opibus creviſſe, qui, per univerſum Regnum ſuum diligentiori agrorum ſationi, & culturæ modis omnibus proſpexere.

XII. Præterea pecuniæ locationem magna ex parte inde intercludi, ac retardari neceſſe eſt, quoties tot bona extra commune civitatis com-

non alia profecto de cauſa apud illos inductam credendum eſt, niſi ut commerciorum æquabilis ratio in republica eſſet. Itaque ſaluberrima lege cautum apud Hebræos, ne fundi vendantur, alie-

commercium constituantur : idem enim erit, ac si extra Regni limites grandis pecuniæ vis exportetur, aut in privatis ædibus, aut in publicis mensis sine fructu resideret. Atque hinc ingentia damna universorum, ac singulorum necessario fluunt, nempe populi egestas, unde potissima imperii calamitas. Civium enim egestas in reipublicæ maxime redundat egestatem : quum plerique, si locandæ pecuniæ pateret aditus, ingentes opes parare, atque adeo reipublicæ plurimum prodesse possent. Populi autem egestas immanium calamitatum origo est, & causa. Hinc enim furta, hinc latrocinia,

lienenturve, ut verbis utar Honchelusii, & Jonathæ inter Rabinos doctissimorum, *in excissionem*, *absolute*, *simpliciter*, *in perpetuum*, *venditione decisa*, *abscissa*, *& sempiterna*. Hinc adveniente Jubilæi anno

cinia, cedes, & quidquid in rebus asperis secum trahit fœda rerum necessariorum inopia: quibus incommodis obnoxii præ ceteris sunt cives illi, qui opere, & labore victum quærunt. Interim pauci, facultates pene omnes occupantes, omnibus deliciis, simul cum omni vitiorum genere redundant. Si igitur his, quibus dudum adflictamur, malis, nullum adhuc adhibitum satis idoneum remedium cernimus; illud tamen haud ferendum, quod novi adhuc pecuniæ quærendæ aditus Monasteriis patefiant, cujusmodi est monasticas dissolvere renunciationes, & Monasteriis, contra fa-

anno nullo soluto pretio, ultro quisque repetiebat, quod ante quovis titulo alienaverat. Quod de rusticis tantum possessionibus intelligendum: nam de urbanis alia erat ratio.

Quod

familiarum jura, dare fucceffionem bonorum.

XIII. Magis adhuc, clariufque id patebit, fi noftrarum regionum opportunitatem tantifper infpiciamus. Regnum enim Neapolitanum & mira agri fertilitate, & cæli clementia ita non modo quæ ad victum opportuna funt, uberrime fuppeditat; fed & colonos fuos omni opulentia ornatos, ac rerum copia beatos efficere poteft. Sed maxima pars hominum, quum propria non habeat colenda prædia, & in iis ab Ecclefiafticis conducendis ingentes pendant mercedes, cuncta hujufmodi compendia negligit, quum nulla com-

Quod fapientiffimum inftitutum non in profanis tantum poffeffionibus, fed in iis etiam, qui Deo, Temploque confecrabantur valuit. Sancitum propterea invenimus iu Levitici cap. XXVII in hæc ver-

commodi aſſequendi ſpes ſit. Hinc populi languor, & ſocordia; hinc artium, commerciique tanta incuria, ut publica imperii calamitas jure inde vereri poſſit. Majus adhuc, atque adeo pericoloſius vulnus commercio infligitur, ſi Eccleſiaſticorum bona neutiquam in laicorum manus unquam tranſmeare ſinatur. Nam quum paulatim hi facultatum ſuarum poſſeſſione, omni ſemota recuperandi ſpe, ſpolientur; ſimul ab fortunarum ſuarum conditione augenda deterrentur. Ita quum parum admodum ipſis ſuppetat, quod vendant, aut permutent; cuncta fere quotidie in manus

verba: *Homo ſi voverit domum ſuam, & ſanctificaverit Domino, conſiderabit eam Sacerdos, utrum bona an mala ſit, & juxta pretium, quod ab eo fuerit conſtitutum, venumdabitur . . . . . Quod ſi agrum*

nus mortuas tranſeunt, & quandoque vel minori pretio; redactique cives ad incitas, familiarum paſſim produnt inopiam & ſquallorem. Id autem luculentius adhuc apparet, ſi animadvertatur, bona omnia civium ex ſua ipſorum circuitione vires acquirere, & augeſcere. Pecunia autem, quæ in paucorum manibus iners hæret, quibus ſcilicet Eccleſiæ lege vetitum mercimonium, nullum prorſus reipublicæ parit commodum, nec quidquam civili ſocietati prodeſt, utique profutura ſi in communi cum ceteris commercio eſſet. Etenim ipſa commeandi, contrahendique libera facultas,

agrum poſſeſſionis ſuæ voverit, & conſecraverit Domino, juxta menſuram ſemenſis æſtimabitur pretium . . . . . In Jubilæo autem revertatur ad priorem dominum, qui vendiderat eum, & habuerat in

tas, ipſaque dandi, & accipiendi viciſſitudo facit, ut laicorum fundorum augeſcat publicum pretium; induſtriam hominum provehit, alit artes, atque adeo familiarum commoda, ſimul & incrementa fovet. Sed quum fundi in Eccleſiaſticorum poſſeſſione ſint, non amplius in commercio eſſe exiſtimantur, non uſquequaque circueunt, nec fere cuiquam, niſi ipſis Eccleſiaſticis prodeſſe poſſunt: publicum earum pretium interit; & quo magis augeſcunt, eo magis hujus regni bona, in reipublicæ, & Principis noxam in dies intereunt: res enim publica nihil cum iſtis bonis agit, & emi-

in ſortem poſſeſſionis ſuæ. Ex cujus legis ſententia duo potiſſimum deſumenda ſunt, alterum nullam Sacerdotem agri, domuſve devotæ poſſeſſionem retinere potuiſſe, ſed eamdem ſtatim vendere

eminens Principis dominium quotidie in arctum cogitur: & si quando illud diduci velit, ac proferri, id nonnisi magno cum periculo effici poterit: propterea quod cum potissima hominum parte agendum est, qui re ipsa in republica vivunt, sed extra rempublicam esse, nec ditioni, dominioque illius subesse censentur.

XIV. Jam hæc omnia, quæ dicta hactenus sunt, atque alia, quæ inde prono quasi alveo fluunt, effecerunt, ut ex quo tempore Ecclesia bona cœperit possidere, iidem Christiani Principes, qui eam ingenti munificentia ditarunt, jam leges

dere coactum; alterum vero Jubilæi accedente tempore cujusvis sacrati agri, sine ulla pretii solutione, ad veterem dominum, cui primum jure hereditario debebatur, possessionem rediisse. Quod utrum-

leges condere coacti ſint, quibus immodicæ Clericorum acquiſitiones vetarentur. Palam eſt, tribus prioribus ſæculis Eccleſiam nihil ex hereditatibus acquiſiviſſe. Jam ipſi Chriſtiani prædia, fundoſque venumdabant, eorumque pretia ante Apoſtolorum pedes deferebant, quæ deinde Diaconi cuſtodientes, ea inter fideles diſpertiebant, prout quiſ-
que

utrumque ſine dubio illud propoſitum habuit, ne commercii facultas ulla ratione retardaretur, ſed ut res ultro citroque commeantes, æqualem inter Cives ſervarent bonorum poſſeſſionem.

Sed non eſt, quod contrarium quiſquam ſtatui contendat eodem in illo Levitici cap. XXVII. ubi paulo poſterius idem Deus ſic enunciat: *Omne quod Domino conſecratur, ſive homo fuerit, ſive animal, ſive ager, non veniet, nec redimi poterit. Quidquid ſemel fuerit conſecratum, ſanctum ſanctorum erit Domino. Et omnis conſecratio, quæ offertur ab homine, non redimetur, ſed morte morietur.*
Quo

que opis indigeret. Neque tunc temporis Eccleſia aliquid jure legitimo acquirere poterat, quam inſuper leges Imperii in eodem cum Collegiis, & Communitatibus numero accenſuerant, quibus nulla acquirendi poteſtas fieret.

XV. Conſtantinus ſane Imperator (8) primus ſivit, Eccleſiam modis

Quo quidem in loco jam pridem animadvertere ſapientiſſimi interpretes, nihil prorſus edici ab Domino, quod contra redhibitoriam actionem, Jubilæi tempore inſtituendam, valeret. Inibi enim ſermo eſt, non de agris ac poſſeſſionibus judaicis, quæ in prima regionis diviſione cuique obvenerant, ſed de rebus ab hoſte captis, quorum greges, homineſque certæ tradebantur neci, urbes, domuſque excindebantur; ager vero ita Domino, ejuſque Miniſtris conſecrabatur, ut penes ipſos certo jure perpetuo maneret.

(8) *Conſtantinus ſane Imperator. De-*

dis omnibus civilibus aliquid acquirere. Is pacem Ecclesiæ, otiumque fecit, inque ejus commoda pecu-

venimus jam ad Constantinum Imperatorem, qui quum primus omnium Ecclesiam possessionibus ditari siverit, oportet de eo paulo accuratius nos loqui. Sed inquirendum prius videtur, num ante Constantinum Ecclesia, Clericique bona possedissent. Pervaserat olim rumor apud vulgum, eumque maligne admodum auxerant christiani nominis hostes, Ecclesiam, non secus ac ceteræ Universitates, & Collegia, arcam publicam observare, ex qua in usus cujusque pecunia erogaretur. Extat ea de re insignis Tertulliani locus in Apol. cap. XXXIX. *Etiam si quod Arcæ genus est, non de oneraria summa quasi redemptæ religionis congregatur. Modicam unusquisque stipem menstrua die, vel quum velit, & si modo velit, & si modo possit, apponit. Nam nemo compellitur, sed sponte confert. Hæc quasi deposita pietatis sunt.* Apposite autem loculos veterum Christianorum non Arcam, sed quoddam Arcæ genus appellavit. Arca enim, ut pridem Jac. Cothofredo in Commen-

culiare jus, antea minime notum invexit: nec modo plura in quaque urbe templa excitavit, sed rei ecc-
cle-

mentariis ad *tit. de susceptoribus præpositis* Cod. Theod. adnotatum, proprie privatum Principis ærarium significat: Fiscus contra publicam pecuniam complectebatur. Quare D. Ambrosius adversus Symmachum recte inter utrunque verbum discrimen posuit, quum ait: *Quod enim jam dudum vel Fisco, vel Arcæ est vindicatum, de tuo magis conferre videbaris, quam de suo reddere*. Sed ut illuc redeamus, prisci illi Christiani, etsi bona stabilia nusquam jure possedisse liquido appareat, habebant certe quoddam Arcæ genus, ubi pecunia asservabatur, quam quisque fidelium pro facultate ultro conferebat, eaque in singulorum usus promisque dispensebatur: qui mos pluribus exemplis, si res postularet, posset demonstrari.

Constantinum igitur primum inter Christianos Principes fuisse comperimus, qui tam mirificum beneficium Ecclesiæ attribuit, ut quarumcunque facultatum possessionem publica auctoritate nancisceretur. Cujus solemnem sanctionem
ab

clesiasticæ splendorem indidit, Ecclesiasque, & Ecclesiasticos viros bonis omnibus ditavit, auxitque. Qua-

ab Eusebio in ejus Vita lib. x, cap. 5 relatam, sic interpretatur Valesius: *Hoc autem amplius in gratiam Christianorum decernimus, ut loca ipsorum, in quibus antehac convenire consueverant, de quibus in litteris prius ad devotionem suam datis, alia erat forma superiori tempore constituta, si qui aut a Fisco nostro, aut ab alio quopiam ea emisse visi fuerint, ipsis Christianis sine ulla pecunia, sine repetitione ulla superadjecti pretii, incunctanter, ac sine ulla ambage restituant: & si eadem loca dono acceperint, ut ea protinus Christianis reddant . . . . . Et quoniam iidem Christiani non solum ea loca, in quibus convenire solebant, sed etiam alia possedisse noscuntur, quae non privatim ad singulos ipsorum, sed ad jus corporis pertinerent, hæc omnia post legem a nobis memoratam, absque ulla dubitatione, iisdem Christianis, hoc est, cuilibet corpori, & conventiculo ipsorum restitui jubebis.* Sed animadvertendum hic est, Imperatorem Gallienum, ante Constantinum, [illegible]

Quare iſtis potius munificentiæ nominibus, quam domi, militiæque rebus præclare geſtis Magnus eſt ap-

reſtituenda juſſiſſe. Rem ita narrat idem Euſebius lib. VII, cap. 13: *Miſſiſque edictis, perſecutionem adverſus noſtros commotam ſedavit; utque Religionis noſtræ Antiſtites ſecure deinceps munus ſuum obirent, hujuſmodi reſcripto præcepit: Imp. Cæſ. P. Licinius Gallienus Pius, Felix, Auguſtus Dyoniſio Pinnæ, Demetrio, & reliquis Epiſcopis. Indulgentiam beneficii noſtri per univerſum orbem diffundi præcepimus, ut cuncti a religioſis locis abſcedant*. Ex cujus legis verbis quum, ut Valeſius adnotavit, nullam de reſtituenda pecunia mentionem fieri appareat; propterea Conſtantinus beneficentior quam Gallienus reſcripto ſuo præcepit, utique faciendam Chriſtianis locorum religioſorum reſtitutionem, ſine ulla pretii ſolutione, quam veteres poſſeſſores petere poſſent.

Quo autem teſtatior eſſet ſua in Chriſtianam Religionem benignitas, alia ſubinde, ac luculentiori lege Eccleſiam ornavit. *Habeat* (edixit) *unuſquiſque licentiam ſanctiſſimo Catholicæ, venerabilique*

pellatus. Sed ipsa ingens bonorum acqui-

lique concilio decedens bonorum, quod optavit, relinquere. Non sint cassa judicia. Nihil est quod magis hominibus debetur, quam ut supremæ voluntatis, postquam aliud jam velle non possunt, liber sit stilus, & licens, quod iterum non redit arbitrium. P. P. V Non. Jul. Romæ Crispo II, & Constant. II Coss. (an. CCCXXI). Dedit hanc constitutionem Constantinus novem scilicet annos postquam christiana instituta adoptaverat. Jam inde a principio concilium Christianorum, ut legitimum Collegium declaraverat; tribueratque ei bona possidendi facultas, solemni illa sanctione, qua ablatorum bonorum restitutionem, seclusa omni pretii solutione, imperaverat. Quid igitur attinuerat post illa novam aliam legem ferre? Hujusmodi quaestionem jampridem expedivit doctissimus Jacobus Gothofredus in suis ad Codicem Theodosianum Commentariis. Is igitur contendit, tres omnino res propositas habuisse legem, quam retulimus, personas nimirum, quæ Ecclesiis donare poterant, res ipsas, quæ offerebantur. & modum, quo tradebantur. Nam ex quo prior illa lex prodierat, dubitari cœ-

acquiſitio commonefecit Principes,
D 2 quan-

cœptum eſt a nonnullis, atque etiam in diſputationem adduci, an Senatores, Decuriones, aliique, qui publica onera in ſuis Civitatibus ſuſtinebant, res ſuas alienare, Eccleſiæque largiri poſſent. Quærebant præterea alii, an eaſdem liberalitates uſurpare poſſent feminæ, interque illas matronæ, & viduæ, adde & Diaconiſſæ, quorum ingenium ad largiendum proclivius quum eſſet, res ſuas minus conſiderate elargiri putabantur. Eas omnes dubitationes Conſtantinus de medio tollendas cenſuit, juſſitque univerſe, liberum unicuique eſſe res ſuas Eccleſiæ largiri. Ambigebatur quoque an erogari Eccleſiæ poſſint fundi ipſi poſſeſſioneſque, quæ reipublicæ uſui & commodo eſſe dicuntur. Hanc quoque difficultatem rejecit Imperator, quum quoſque ſiverit *bonorum, quod optavit, relinquere*, hoc eſt, quodcunque bonorum genus. Hinc Gratianus ſub Melchiade adjecit, *Conſtantinum licentiam dediſſe prædia Eccleſiis relinquendi*: quod monumentum etſi falſitatis arguatur, antiquitatem tamen præſeferre, nemo facile inficiabit. Denique & illud in diſputationem veniebat, an liberalitates illiuſmodi

quantum illinc detrimenti in totam rem-

medi quisque mortis tempore posset adhibere, quo tempore fere homines in elargiendo effusiores, quam adhuc in vivis agentes, esse solent. Idque pariter firmum mansit ex eo verbo *decedens*. Hæ fere fuerunt difficultates, quas gentiles, minus æque commoda Christianorum intuentes, in vulgus jactabant. Pragmaticos autem turpiter in illius legis commentatione errasse, deprehendit Gothofredus, quorum illud minus ferendum, quum pronuntiarunt, quas largitiones Constantinus sacrosanctis Ecclesiis pro cujusque arbitratu fieri indulserit, eas non nisi mortis adventante tempore, minime autem in contractibus usurpari, eum concessisse. Etenim verbo *decedens* usus est Imperator ampliandæ potius liberalitatis ergo, ut ex ipsa legis sententia apparet, quam contrahendæ: propterea quod illud omnino in dubitationem adducebatur, an decedentes res suas Ecclesiæ donare possent, rati fortasse, eos qui ulterius vitæ spatium protrahere se posse putant, haud facile pati ab suis facultatibus sese abdicare.

Tametsi autem Constantinus tantopere

rempublicam dimanaret. Quo fa-
D 3 ctum

pere Ecclesiam divitiis augere concupierit, simul tamen & ad reipublicæ commoda eumdem respexisse, illustria prostant monumenta. Qualis cum primis lex illa est, quæ habetur in Cod. Theod. lib. XVI, tit. 2, ita præcipiens : *Neque vulgari consensu, neque quibuslibet petentibus sub specie Clericorum a muneribus publicis vacatio deferatur. Nec temere, & citra modum populi Clericis connectantur. Sed quum defunctus fuerit Clericus, ad vicem defuncti alius allegetur, cui nulla ex municipibus prosapia fuerit, neque ea est opulentia facultatum, quæ publicas functiones facillime queat tolerare : itaut si inter civitatem, & Clericos super alicujus nomine dubitetur, si eum æquitas ad publica trahat obsequia, & progenie municeps, vel patrimonio idoneus dignoscetur, exemptus Clericis, civitati tradatur. Opulentos enim seculi subire necessitates oportet, pauperes Ecclesiarum divitiis sustentari.* In qua lege duo præsertim consideranda occurrunt : alterum etiamsi dubitatio oriatur, an Clericus quispiam originis sit Curialis, quoties publica id requirit utilitas, eumdem Clericis exemptum, Civitati, sive Curiæ esse

ctum eſt, ut modo alia atque alia ra-

ſe tradendum. Alterum vero, quod rem noſtram mirifice confirmat, opportune caviſſe Conſtantinum, divitias ita eſſe reipublicæ adnexas, ut ab ea nefas eſſet abradi. Vult enim Clericos non niſi pauperes eſſe adlegendos, eoſque Eccleſiæ facultatibus ſuſtentandos: rurſus civium, reique publicæ facultates, quæ publicis neceſſitatibus inſervire debent, habenturque ut nervi civitatis, haudquaquam ad Eccleſias eſſe traducendas: quod ſane eveniret, ſi opulenti quique Clericatui manciparentur.

At ex iis, quæ de immunitate, ut vocant, bonorum Eccleſiæ conſtituit idem Imperator in *Tit. de annona, & tributis*, Sacerdotii commoda potiora habuiſſe videtur. *Præter privatas* (inquit) *res noſtras, & Eccleſias Catholicas, & domum clariſſimæ memoriæ Euſebii ex Conſule, & ex Magiſtro equitum & peditum, & Arſacis Regis Armeniorum, nemo ex noſtra juſſione præcipuis emolumentis familiaris juvetur ſubſtantiæ*. Qua in conſtitutione, ut facile inde eruitur, de tributo, ſive cenſu reali agitur, a quo Eccleſias Catholicorum voluit immunes. Quam inſtitutionem initio quieſcentis Eccle-

ratione, modo ſpeciatim, modo et-

Eccleſiæ piam admodum, ſubinde, poſtquam ſcilicet ſatis divitiarum in illam congeſtum fuit, alii Chriſtiani Principes immutarunt, Eccleſias quibuſque tributis obnoxias reddendo. Attamen animadvertere oportet, eadem in illa lege verbum fieri de bonis tantum Eccleſiæ, quæ dotis loco ipſi inhærebant, ſubindeque appellata ſunt *jugatio*, *manſus Eccleſiæ*; minime autem de bonis Clericorum, quos idem Conſtantinus a ſolutione tributorum realium non exemit. En ejus legis verba in l. 11 Cod.Theod. de Epiſc: *Qui divino cultui miniſteria Religionis impendunt* (*id eſt*, *hi*, *qui Clerici appellantur*) *ab omnibus omnino muneribus excuſentur; ne ſacrilego livore quorundam a divinis obſequiis avocentur. Id. Aug. Octavio Correctori Lucaniæ, & Bruttiorum.* Hic autem de ſola immunitate tributorum perſonalium agitur: ratio quippe cur vacatio publicorum onerum Clericis concedebatur, illa fuit, ut ea civilium munerum exemptione a divino cultu minus avocarentur: nec enim onera, quæ rebus inhærebant, ullo pacto a religionis cultu Clericos abducebant.

iam generatim jura ſanxerint, quibus

Innuimus ſupra Conſtantinum immunitatem a realibus tributis Eccleſiæ dediſſe. Quod privilegium utique temporarium credendum eſt, quouſque ſcilicet Eccleſia divitiis aucta, haberet unde ſuos Miniſtros aleret, & cetera ſuppeterent, quæ ad decorum atque honeſtum religionis cultum opus eſſent. At poſtquam luculentas opes nacta illa eſt, ſtatim & ipſa ad tributorum ſolutionem vocata eſt. Quare Conſtans Imperator Conſtantini filius ea de re conſtitutionem edidit, quæ in Cod. Theod. l. xv de Epiſc. & Cleric. in hæc verba legitur: *In Ariminenſe Synodo, ſuper Eccleſiarum, & Clericorum privilegiis tractatu habito, uſque eo diſpoſitio progreſſa eſt, ut juga, quæ videntur ad Eccleſiam pertinere, a publica functione ceſſarent, inquietitudine deſiſtente: quod noſtra videtur dudum ſanctio repuliſſe. Clerici vero, vel hi, quos copiatas* (hoc eſt, laborantes, a græco κοπιάω) *recens uſus inſtituit nuncupari, ita a ſordidis muneribus debent immunes, atque a collatione præſtari, ſi exiguis admodum mercimoniis tenuem ſibi victum, veſtitumque conquirent. Reliqui autem, quorum nomina negotiatorum matricula compre-*

bus ampliora bonorum lucra cohi-
D 5 be-

prehendit, eo tempore, quo collatio celebrata est, negotiatorum munia, & pensitationes agnoscant: quippe postmodum Clericorum se cœtibus adgregarunt. De his sane Clericis, qui prædia possident, sublimis auctoritas tua non solum eos aliena juga nequaquam statuet excusare, sed etiam his, quæ ipsi possident, eosdem a pensitatione fiscali perurgeri. Universos namque Clericos, possessores dumtaxat, provinciales pensitationes fiscalium recognoscere jubemus: maxime quum in comitatu tranquillitatis nostræ, alii Episcopi, qui de Italiæ partibus, & illi quoque, qui ex Hispania, atque Africa commearunt, probaverint, id maxime juste convenire, ut præterea juga, & professionem, quæ ad Ecclesiam pertinet, ad universa munia sustinenda, translationesque faciendas, omnes Clerici debeant adniteri. Quæsitum diu est inter doctissimos viros de vi verbi *juga*: alii enim certam quamdam, ac præstitutam agri quantitatem, quam singula juga boum arare valeant uno vertente die, inibi indicari contendunt: alii autem quemdam terræ modum interpretantur, cui colendo integro anno juga boum satis sunt. Quidquid de varia il-
la

berent contraherentque, aut omnino delerent veteres acquirendi modos, remque publicam felicitati re-
ſtitue-

la verbi interpretatione, firmum tamen certumque manet, in lege Conſtantis per id verbum ſignificari illam condictam, præfinitamque terræ portionem, quæ dotis nomine Eccleſiis attribuebatur. Hanc vult Conſtans immunem eſſe ab extraordinariis dumtaxat oneribus, & tributis; quibus contra obnoxios eſſe cunctos alios Clericos, ait, itaque ſentiſſe Epiſcopos Africæ, & Hiſpaniæ. Ceterum de realibus tributis, a ſingulis cujuſque ordinis civibus ſolvendis, ita ſentit D. Ambroſius lib. IV in Luc. V. *Magnum quidem eſt, & ſpirituale documentum, quo chriſtiani viri ſublimioribus poteſtatibus docentur debere eſſe ſubjecti, ne quis conſtitutionem Regis terreni putet eſſe ſolvendam. Si enim cenſum Dei Filius ſolvit, quis tu tantus es, qui non putes eſſe ſolvendum? Et ille cenſum ſolvit, qui nihil poſſidebat: tu autem, qui ſeculi ſequeris lucrum, cur ſeculi obſequium non recognoſcis?*

(9) *Valentinianus I.* Nihil ſane firmius,

ſtituerent. Valentinianus I. (9) anno CCCLXX. ſeveriori lege prohibuit, ne Clerici, vel Monachi aliquid do-

D 6 na-

mius, aut magis conſtans in veteribus monumentis apparet, quam Chriſtianos Principes ſemper eam curam potiorem habuiſſe, ne, Eccleſia Eccleſiaſticiſque ultra modum diteſcentibus, Cives reipublicæ muneribus deeſſent, aut impares evaderent. Hinc Valentinianus major minime dubitavit hujuſmodi legem in ipſa urbe Roma promulgare: l. xx de Epiſc. Cod. Theod. *Eccleſiaſtici, aut ex Eccleſiaſticis, vel qui Continentium ſe volunt nomine nuncupari, viduarum, ac pupillarum domos non adeant: ſed publicis exterminentur judiciis, ſi poſthac eos affines earum, vel propinqui putaverint deferendos. Cenſemus etiam, ut memorati nihil de ejus mulieris, qui ſe privatim, vel prætextu religionis adjunxerint, liberalitate quacunque, vel extremo judicio poſſint adipiſci: & omne intantum inefficax ſit, quod alicui horum ab his fuerit derelictum, ut nec per ſubjectam perſonam valeant aliquid vel donatione, vel teſtamento percipere. Quin-*

etiam

nationis, aut hereditatis, legative no-

etiam si forte post admonitionem legis nostra aliquid iisdem ea feminæ vel donatione, vel extremo judicio putaverint relinquendum, id Fiscus usurpet. Ceterum si eorum, qui voluntate percipiunt, ad quarum successionem, vel bona jure civili, vel edicti beneficiis adjuvantur, capiant ut propinqui. Lecta in Ecclesiis Urbis Romæ IV Kal. Aug. Valentiniano, & Valente III A. A. Coss. 370. Principio interdicit Valentinianus Ecclesiasticis quibusque, ne familiarius quam par est, cum viduis, ac pupillis agant: quod sacris etiam Ecclesiæ constitutionibus vetitum Clericis comperimus. Illud vero mirum quibusdam videri potest, illius legis violatores ab Valentiniano non Episcopo, sed publicis Judicibus deferendos, ab iisdemque puniendos juberi. Deinde Ecclesiasticorum taxatur cupiditas, qui malis artibus hereditates & donationes a mulieribus venantur: quos merito Imperator, ne quid sive donatione, sive testamento ab eisdem acquirant, vetavit: si secus actum compertum fuerit, Fiscus easdem illas res usurpet. Res autem caducæ, quemadmodum universe jam erat receptum, ad heredem sive te-

nomine a Virginibus , ab Viduis ,
aut

teſtamentarium , ſive legitimum pertinebant . At Valentinianus quum eaſdem deferri juſſiſſet ad Fiſcum , ea in ſua Conſtitutione refractarios Clericos , non ut ad acquirendum inhabiles , ſed ut indignos cenſuit . Denique ſi eveniret , ut Clerici heredes legitimi conſtituerentur , tunc aperte ſignificari vult Imperator , eoſdem ut propinquos , non ut Eccleſiaſticos rei poſſeſſionem acquirere. Quid igitur ? Has ne conſtituendo res Valentinianus Imperator parum in Chriſtianam Eccleſiam ſe æquum exhibuit ? Minime id quidem . Ea enim conſtitutio miſſa refertur ad Damaſum Romanum Pontificem ; ab eodemque lectam memorant in Romana Eccleſia , pro more ſcilicet ejus tempeſtatis , ut leges apud eos legerentur , ac publicarentur , ad quos potiſſimum pertinerent . Nec quidquam Damaſum de ea conqueſtum legimus : aliique Sanctiſſimi Patres inquinatos potius mores Clericorum ejus legis occaſione improbarunt , quam legis ſanctionem . Quo tempore D. Hierononymus ad Nepotianum ſcribit : *Non de lege conqueror , ſed doleo cur meruerimus hanc legem . Cauterium bonum eſt :*
ſed

aut quavis alia muliere acciperent. Theo-

sed quo mihi vulnus, ut indigeam cauterio?

Plures autem difficultates super ejus legis Valentiniani tunc temporis circumferebantur. Ambigebatur enim, an sub viduarum, aliarumque piarum feminarum vocabulo, Diaconissæ quoque, & Sacræ Virgines intelligerentur. Hæ quippe quum unum corpus, sive Collegium conflarent, æquum sane videbatur, si,ut membra suo corpori, res relinquerent. Præterea in disputationem veniebat, an Valentinianus Ecclesiis etiam, & pauperibus, quibuscum æquior ratio adhibenda videbatur, capiendi jus ademperit. Item & illud dubitatione non caruit, prædiane dumtaxat, & bona stabilia, an præterea aurum, argentum, omnemque aliam pretiosam suppellectilem sua constitutioneEcclesiæ, Clericisque donari interdixerit. Quas omnes dubitationes subinde Thèodosius Imperator ultro rejecit, constituendo ea omnia utique comprehensa habenda esse in Valentiniani lege. *Nihil* (jussit) *de monilibus, & suppellectili, nihil de auro & argento, ceterisque claræ domus insignibus sub religionis defensione, consumat, sed universa-*

Theodosius Magnus hanc eamdem ad-

sa integra in liberos, proximos, vel in quoscunque alios arbitrii sui eristimatione transcribat. Ac si quando diem obierit, nullam Ecclesiam, nullum Clericum, nullum pauperem scribat heredes: careat namque necesse est viribus, si quid contra vetitum circa personas specialiter comprehensas fuerit a moriente confectum. Imo si quid ab his morienti fuerit extortum, nec tacito fideicommisso aliquid Clericis in fraudem venerabilis sanctionis callida arte, aut probosa cujuspiam conhibentia deferatur; extorres sint ab omnibus, quibus inhiaverant bonis. Et si quid forte per epistolam, codicillum, donationem, testamentum, quolibet denique detegitur genere conscriptum erga eos, quos hac sanctione submovimus, id nec in judicium devocetur: sed vel ex intestato is, qui sibi competere intelligit, statuti huius definitione succedat. l. XXVII de Episc. Cod. Theod. Hæc sane solemni sanctione constituenda duxerat Imperator religiosissimus: nec tamen eo nomine quidquam ex ejus singulari pietate, & in Ecclesiam studio apud sanctos Patres ademptum est.

Verum hanc Theodosii legem alia sub-

adprobans legem, poſt annos viginti

ſubinde lege ab eodem Theodoſio abrogatam fuiſſe, certiſſimum extat monumentum. Legitur enim eodem in Cod. Theod. tit. de Epiſc. hujuſmodi conſtitutio: *Legem, quæ de Diaconiſſis, vel viduis nuper eſt promulgata, ne quis videlicet Clericus, neve ſub Eccleſiæ nomine mancipia, ſuppellectilem, prædam, veluti infirmi ſexus diſpoliator, invaderet, & remotis affinibus, ac propinquis, ipſe ſub prætextu catholicæ diſciplinæ ſe ageret viventis heredem, eatenus animadvertat eſſe revocatam, ut de omnium cartis, ſi jam notata eſt, auferatur: neque quiſquam aut litigator ea ſibi utendum, aut Judex noverit exequendum. Datum X. Kal. Septemb. Veronæ.* Neque tamen quidpiam hujus legis tenore Valentiniani conſtitutioni derogatum quiſquam arbitretur. Suam tantum, quacumque id de cauſſa factum ab eo arbitrentur, revocatam voluit Theodoſius, eam ſcilicet, qua veluti auctoramento quodam, quæ ad Valentiniani legem addiderat, delevit: atque eo prorſus recidit tota legis ſententia, nempe *Diaconiſſam mobilia, ſeu moventia inter vivos in Clericos, vel Eccleſiam conferre poſſe, at non etiam ultima voluntate, non*

magis

ti idem de Diaconissis statuit. Ceteri

magis quam prædia. Unicum illud scilicet solatii loco Theodosius M. in favorem Clericorum, & Ecclesiæ relictum voluit: nihil præterea. Verba sunt Jac. Gothofredi ad eumdem locum. Nec me latet, quosdam pro *prædam* in posteriore Theodosii lege, *prædia* subrogasse, ut sensus esset, sivisse Theodosium bona etiam stabilia Ecclesiæ donari. At qui in ejus legis intelligentia eruenda impensius versati sunt, inter quos Jac.Gothofredus, constanter *prædam* retinent: adeoque omni acquirendi bona stabilia facultate etiam per Theodosium privatos Clericos, in solam suppellectilem manus injicere potuisse, arbitrati iidem sunt. Et quidem Hieronymus, qui epistolam ad Nepotianum post eam Theodosii legem scripsit, in ea de Valentiniani constitutione, ut integra, atque usu vigente loquitur, minime id scripturus, si per Theodosium Valentiniani lex fuisset aliquo pacto abrogata.

Ceterum quum altius insedisset in hominum mentibus, rem esse minime conducibilem, nimias divitias ab Ecclesiasticis occupari, parum profecisse credidere obrogantem illam Theodosii legem.

teri autem Principes, qui deinceps im-

gem. Jam enim vel ex eo tempore, minus recte insumi Ecclesiæ facultates cœperant. Nimisque invidiose Ammianus Marcellinus nonnullorum ejus temporis Christianorum taxat mores, quum ait: *Neque ego abnuo, ostentationem rerum considerans urbanarum, hujus rei cupidos, ob imperandum quod appetunt, omni contentione laterum jurgari debere: quum id adempti, futuri sint ita securi, ut ditentur oblationibus matronarum, procedantque vehiculis insidentes, circumspecte vestiti, epulas curantes profusas, adeout eorum convivia regales superent mensas.* Atque ea prorsus de re firmius stetisse apparet priores illas leges, nec earum vim per posteriorem constitutionem satis infringi potuisse. Id luculenter eruitur ex Marciani Novella, quæ ab Sirmando relata, subinde in Appendice Codicis Theodosiani adjecta fuit. Refertur in ea Hispasiæ testamentum, quo illa *Anatolium Presbyterum in portione manifesta bonorum suorum scripsit heredem*. Factum id postquam Theodosius suam legem infirmaverat; Ecclesiasticisque liberam acquirendi fecerat potestatem. Et tamen *dubium videri*, ait Marcianus, an fe-

imperitarunt , Foca ſcilicet , Conſtan-

feminæ illius Hiſpaſiæ voluntas valeret, quæ Clericis aliquid relinqueret . Rem ad Senatum delatam fuiſſe narrat : novaque ſua lege priores Imperatorum conſtitutiones abrogandas cenſuiſſe ; ac ſingulis cujuſque ordinis feminis dediſſe facultatem , ut ſive Eccleſiæ , ſive Clerico , aut Monacho quod vellet , donaret . Neque enim tanto verborum apparatu , quantus in Novella illa legitur , neque *ampliſſimo Senatu præſente* rem agitari oportuit , ſi poſterior Theodoſii conſtitutio prioribus illis auctoritatem omnem derogaſſet .

Quæ ad Theodoſium majorem uſque Chriſtiani Imperatores ſanxere leges , id propoſitum habuiſſe , ſupra demonſtratum eſt , ne Eccleſia , Eccleſiaſticique præter modum rerum poſſeſſionem nanciſcerentur . Qui vero proxime inſecuti ſunt Principes ex alio etiam capite reipublicæ proſpectum voluere , modum ſcilicet ſtatuendo in dandis immunitatibus , quibus ſubinde Clerici frui cœperunt . Ad ea enim uſque tempora Eccleſiæ , & Clericorum poſſeſſiones , eodem ac aliorum civium jure habebantur: nec dum etiam Clerici ipſi tot exemptio-

ſtantinus Porphyrogenitus, Romanus

ptionibus ornati fuerant, quot poſterior ætas invexit. Qua in re quanropere priores illi Chriſtiani Principes ſoliciti fuerint, juvat hic demonſtrare. Atque in primis placet Honorii Imp. conſtitutionem in medium afferre, quæ ſic ſe habet: *Quicunque catholicæ religionis Clerici intra eum modum, unde victus emendi, vendendique uſum lege præfinitum exercent, ab auraria penſione habeantur immunes. Ab his quoque, quos a publici laboris actu, & gradus Clericatus, & (quod non minus eſt) ſanctior vita defendit, præcipimus temperari. Nec enim ullum eorum, qui excepti legibus probabuntur, ſubjicere patiamur injuriæ*. L. XVI Cod. Theod. tit. 2, de Epiſc. En qua ratione Clericis exemptio ab luſtrali collatione, ſive tributo, quod a mercatoribus pendebatur, tribuitur: quatenus ſcilicet victus emendi vendendique uſus poſceret. Ut intelligi inde facile poſſit, tantum produci hujuſmodi ſacras immunitates, quantum publicæ utilitatis ratio ſinit.

Verum ſi ad eruendam hujus legis germanam ſententiam, illius temporis hiſtoriam adhibebimus, luculentius quod quæritur, patebit. Scripta quippe reperi-

nus, Basilius, Nicephorus, Manuel

peritur constitutio illa Pompejano Africæ Proconsuli anno CCCI, quo scilicet tempore quum barbarorum magna vis in regionem illam pervasisset, sacra profanaque omnia devastaverat: Ecclesiaque illa paulo ante multo & opibus, & magnificentia præstans, tunc fœda calamitate affligebatur; quod ex Canon. LXII Conc.Carthaginiensis ex Zonaræ collectionei desumitur. *Ab iis thronis prohibeatur, quod communi periculo noverint magnopere providendum, quod tanta est Clericorum inopia, & multæ Ecclesiæ adeo sunt desertæ, ut nullus possit Diaconus vel illeteratus inveniri. De reliquis autem superioribus Ordinibus, & gradibus tacendum esse existimo. Nam quum, ut dixi, Diaconi ministerium non facile inveniatur, de superioribus honoribus multo est apertius. Et quotidianas diversorum, & fere emorientium populorum lamentationes deinceps non sufferimus: quibus nisi auxilium ferre velimus, gravissimum, & inexcusabile propter perditas animas delictum nos apud Deum excipit.* Antea vero idem Concilium in Can. LII, quo Clericorum consuleret egestati, opificia iisdem exercenda proponit. *Clericus* (inquit

nuel Comnenus, aliique generatim
ipsam

quit) *victum sibi , & vestitum artificiolo , vel agricoltura , absque officii sui detrimento , paret* . In tanta videlicet rerum angustia , atque inopia , quibus Clerici per id tempus laborabant , nihil ultra immunitatis ab Imperatoribus ipsis tributum legimus , nisi quantum victus & vestitus usus posceret .

Nec dum etiam Ecclesia consecuta erat , ut quæ acquisisset bona , ab omni collatione , sive tributo essent immunia. Sanctissimique illi Patres eodem prorsus jure sacri patrimonii , ac ceterorum civium facultates respiciebant , rati quidem bona , quæ ad Ecclesiam accederent , nihil quidquam novi acquirere , nec iis decedere ex priori sui natura : quod ex luculentissimis monumentis compertissimum est . Ita nimirum ex Sermone CCCLV D.Augustini colligitur: *Bonifacii hereditatem suscipere nolui , non misericordia , sed timore . Multi sunt quidem , qui etiam de navibus acquirunt : tamen una tentatio est , si iret navis , & naufragaret : homines ad tormenta daturi eramus , ut de subversione navis secundum consuetudinem quæreretur . Et torquerentur a Judice , qui essent a fluctibus liberati ? Sed non eos daremus:*

ipsam Ecclesiarum, & Ecclesiastico-
rum

remus: nullo enim pacto hoc facere deceret Ecclesiam. Onus ergo fiscale persolveret? Sed unde persolveret? Enthecam nobis habere non licet. Non est enim Episcopi servare aurum, & revocare a se mendicantis malum. Censuit itaque Augustinus, aut omnino non recipiendam ab Ecclesia Ecclesiasticisque rerum possessionem, aut acquisitarum, pari cum ceteris civibus jure, persolvendum fiscale onus, tametsi *Enthecam*, hoc est, publicæ pecuniæ capsam, habere non liceret. Quæ autem onera forent, quæ navicularii ferebant, agit Gothofredus in tit. *de naviculariis*. Similia habet Hilarius in S. Matth. cap. XXIII, cujus verba nos alibi retulimus.

Itaque Constantium Imper. primum fuisse conjicere est, qui Clericis mercaturam facientibus aliquam mercium immunitatatem impartiverit, quatenus scilicet modicam exercerent negotiationem, ex qua honestum tantum sibi victum quærerent: vel etiam Clericis illis, qui suum votum, hoc est, suam professionem exequentes, ex mercatura id quæstus captarent, quo pauperes, & in necessitatibus positos adjuvarent, quod utique Clericorum pecu-
lia-

rum bonorum immobilium aliena-
tio-

liare votum habetur. Quod beneficium antea indistincte Clericis datum, postmodum per Valentinianum distincte, ac determinate quibusdam terminis ac legibus circumseptum reperitur, cujus constitutio in l. XI Cod. Theod. *de lustrali collatione*, sic se habet: *Etsi omnes mercatores spectet lustralis auri depensio, Clerici tamen intra Illiricum, & Italiam, in denis solidis, intra Galliam, in quinis denis solidis immunem usum conversationis exerceant. Quidquid autem supra hunc modum negotiationis versabitur, id oportet ad functionem aurariam devocari.* Factum id scilicet postquam satis divitiarum Clerici sibi comparaverant, vel desierant omnem negotiationis quæstum in pauperes erogare.

Ceterum Ecclesiæ communia bona non dum per ea tempora ulla exemptione aut immunitate prædita fuisse, desumitur ex Theodosii minoris constitutione Cod. Theod. in *tit. de annona & tributis*, ubi ita edicitur: *Id ab unaquaque Provincia censuimus expetendum, quod iisdem nuper esse promissum, tua sublimitas indicavit. Ut vero nullus de cetero ad possessiones eorum (quod maxime reformidant)*

tionem vetarunt : utrique ſane re-
Tom.II. E ctiſſi-

dant) inſpector accedat , Macedonum reliqui exemplum ſecuti, mediæ quantitatis, ut obtuliſſe noſcantur, tributa ſuſcipiant . Sed Achivi, qui proteſtati ſunt , nihil a ſe ultra tertiam partem poſſe conferre, illud exolvant, ad quod ſe indubitanter fore idoneos pollicentur . Quæ diſpoſitio in perpetuum obſervanda, initio Indictionis VIII congruum ſumere debebit exordium . Sacroſancta Theſſalonicenſis Eccleſia civitatis excepta : ita tamen , ut aperte ſciat, proprie tantummodo capitationis modum beneficii mei numinis ſublevandam : nec externorum gravamine tributorum rempublicam eccleſiaſtici nominis abuſione lædendam. Hæc ibi . *Capitationis* autem nomen , quod adhibetur , non modo tributum quod in capita , ſive viritim perſolvebatur , intelligendum eſt ; ſed illud quoque, quod rei inhærebat , dictumque proinde *reale* . Quemadmodum & *Capitatio prædii* in Codicis Juſtiniani leg. IX *ad tit. de actionib. empti* dicitur : aliaque proſtant ejus rei in Romanis legibus exempla , quæ ſupervacaneum eſt hic referre. Atque hoc poſteriore modo intelligenda eſt exemptio illa Eccleſiæ Theſſalonicenſis, ut ab reali tributo eſſet immunis .

Quod

ctissimo consilio; illi scilicet ne nimia in Ecclesias bonorum congestio incommodum reipublicæ pareret; hi vero ne quid, quod ad deco-

Quod beneficium quum uni illi Ecclesiæ Thessalonicensi ab Imperatore Theodosio tributum legatur; pronum est inde cognoscere, ceteras alias Ecclesias Ecclesiasticosque, nihilo secius ac ceteri cives, persolvendo tributo sive reali, sive personali obnoxios fuisse. Et certe quidem Honorii, & Theodosii minoris ætate Ecclesiæ omnes reale tributum, quod ordinarium dicebatur, pensitabant: ab eo dumtaxat tributi genere ab iisdem Imperatoribus illas immunes factas invenimus, quod extraordinarium dixere. *Placet rationabilis consilii tenore perpenso, destricta moderatione præscribere, a quibus specialiter necessitatibus Ecclesiæ urbium singularum habeantur immunes. Prima quippe illius usurpationis contumelia depellenda est: ne prædia usibus cælestium secretorum dicata sordidorum munerum fasce vexentur. Nulla jugatione, quæ talium privilegiorum sorte gratulatur, muniendi itineris constringat injuria, nihil extraordina-*

corum religionis cultum pertineret, deesset.

XVI. Quod præcipue ad occidentis attinet imperium (10), eodem

narium ab hac super indictumve flagitetur: nulla ponsium instauratio: nulla translationum sollicitudo signatur. Non aurum, ceteraque talia poscantur. Postremo nihil præter canonicam illationem, quod adventiciæ necessitatis sarcina repentina depoposcerit, ejus functionibus adscribatur. Ex cujus legis sententia sat luculenter eruitur, nihil quidquam de tributo, quod Principi ordine persolvebatur, fuisse immutatam, sed ab extraordinariis tantum vectigalibus sacras possessiones immunes fuisse factas.

(10) *Ad Occidentis attinet Imperium*. Hactenus leges exposuimus Imperiales ad Valentinianum minorem usque: nunc persequamur oportet constitutiones illas, quas de statuendo pariter modo in bonis Ecclesiæ, Occidentis Principes edidere post quartum christianum seculum. Qua in re principio non contemnendum testem habemus Cassiodorum illum, qui in componendo, regendoque Italiæ Regno

dem illo tempore, quo apud Orienta-

gno præcipuam operam præbuit. Is igitur rem extra omnem dubitationem statuit, quidquid Ecclesia, Clericique rerum possideant, ex Principis munere posdere. *Habeant* (inquit lib. XII variar.cap. 23, de Clericis loquens) *pauperes dona Regnantium: possideant aliquid, quibus nulla facultas est. Cur aliena substantia in Regali posita largitate pervaditur? Possessio ejus Principis munus est*. In quam sententiam aperte atque ingenue professus item D. Avitus, sic Regi Gundebando ajebat epist.XXXIX: *Quidquid habet Ecclesiola mea, imo omnes Ecclesiæ nostræ, vestrum est, de substantia, quam vel servastis hactenus, vel donastis*. Quum non omnia, quæ Ecclesiæ illæ possederant, ab ipsis Principibus dono accepissent, sed magna eorum pars piorum aliorum hominum largionibus accepta referri debeat, liquido apparet, quod inibi Principum liberalitati tribuitur, id ad Regiam auctoritatem, cujus vi bona vel retineret Ecclesia, vel acquireret, referendum esse; adeoque quod Regis auctoritate nacta illa est, Regis pariter auctoritati obnoxium perpetuo manere, pari scilicet cum ceteris civibus jure. Et quidem certe

entales ejuſmodi conſtitutionibus reſ-
E 3 pu-

certe Rex Theodoricus, qui utcunque a catholica fide alienus, de chriſtiana tamen republica bene merendo cum primis certavit, ſuum eſſe exiſtimavit, certos quoſdam terminos eccleſiaſticæ immunitati conſtituere, ut ab aliquibus tantum oneribus eſſent immunes Eccleſiæ res, in reliquis idem, ac ceteri, tributum ſolverent. Res omnis in lib. 1 Caſſiodori epiſt. 26, ſic enarratur: *Nefas eſt, apud eos fidem beneficii prioris imminui, quibus alia convenit a noſtra ſæpius largitate præſtari. Sed ſicut quæ ſemel annuimus, reſcindi in perpetuum non merentur; ſic qui largitatem noſtram moderatis precibus impetrarunt, noſtrorum terminos præſtitorum immodica non debent præſumptione tranſcendere. Unde quia religioſi ſtudii reverentia commonemur, ut quæ dudum Eccleſiæ viri venerabilis Verſillæ Antiſtitis præſtitimus, valere in perpetuum cenſeamus; nunc quoque illuſtrem magnificentiam tuam duximus admonendam, quatenus ſuper indictorum onera titulorum præfata Eccleſia in ea ſumma non ſentiat, quæ uſque a Magnifici viri Caſſiodori Patricii pura nobis fide & integritate comperti temporibus eſt ſoluta. Ea vero, quæ a tem-*

publica fulciebatur, multæ occur-
runt

a tempore beneficii ad Ecclesiam vestram, ab aliquibus est translata potestas, commune cum universis possessionibus onus solutionis agnoscat, & illius subjaciat functioni, cujus nacta est jura dominii. Alioquin grata nobis augmenta eorum esse non possunt, qui Fisci damno proficiunt. Sufficiat possessori compendium pensionis. Tributa sunt purpuræ, non lacernæ. Lucrum cum invidia periculum est. Quanto melius omnia moderate gerere, quæ nullus audeat accusare? Nimirum minime æquum duxit Rex ille, eo usque protendi ecclesiasticas immunitates, quæ Clericis possidentibus invidiam, Fisco autem, reique publicæ damnum conflarent. Christiana quippe disciplina nihil unquam, quod a reipublicæ incolumitate, & commodo esset alienum, complexa est: & vero etiam exterior Ecclesiæ politia reipublicæ utilitatem tuetur potius, quam labefactat. Eaque de caussa idem ille Princeps quorumdam Clericorum fraudem animadvertit, qui Clericatus obtentu Curiæ, cui erant addicti, munia deserebant; adeoque ad Curiam ipsam esse traducendos censuit: quum respublica, præter facultates, idoneis etiam civibus in-

runt in veteribus italicis Statutis

E 4 le-

indigeat, quibus regatur & administretur. *Priscarum legum* (ut est in Cassiodori epist. XVIII, lib. II) *reverenda dictat auctoritas, ut nascendo Curialis nullo modo possit ab originis suæ muniis discrepare; nec in aliud reipublicæ officium trahi, qui tali præventus fuerit sorte nascendi. Quod si eos vel ad honores transire jura vetuerunt, quam videtur esse contrarium, Curialem reipublicæ amissa turpiter libertate, servire, & usque ad conditionem pervenisse postremam, quam vocavit antiquitas minorem Senatum! Noverit itaque Reverentia vestra, Farcinantes municipes collegas suos asseruisse, Ecclesiam vestram irrationabiliter sibi velle defendere. Unde prudentia vestra, pro integritatis suæ proposito, examinata veritate, discutiat quæ veniunt in querelam, & si desideria petitorum veritate subsistunt, pro implendis muniis ad Curiam eos suam remeare permittat. Si vero Clero vestro creditis in eis aliquid rationabiliter suffragari, ad nostrum Comitatum instructam personam modis omnibus destinate, quæ adversariorum debeat intentionibus obviare. Quod si de negotii qualitate dubitatis, convenit sacerdotalibus institutis, ut ante contro-*

tro-

leges, plures in Caroli M. aliorum-
que

troversiam justitiam magis ipse cognoscas, *quam de judicio victus abscedas. Talem siquidem non oportet publice superari; quam amatorem æquitatis convenit inveniri*. Quæ epistola Theodorici Regis nomine scripta refertur, in quo ille cum superioribus christianis Principibus mire convenit. Theodosius enim, Honorius, Arcadius, & Valentinianus minor antea legibus sanxerant, neminem origine Curialem inter Clericos esse accensendum, sique ad sacrum Ordinem quis irrepsisset, ad Curiam suam retrahendum.

Post Gothos licet & de Longobardis nonnulla in medium afferre, qui & rem Christianam nullis non commodis exornatam voluerunt, simul & in Republica rectum facultatum æque, ac personarum ordinem servari curarunt. Itaque apud Heinneccium in Corpore Juris Germani lib. VI Luithprandi Regis constitutionem invenio, qua quotam suorum bonorum partem religionis causa Ecclesiæ, vel Monasterio relinquere quisque possit, statuitur: ne quis scilicet inconsulta largitate cum familiæ detrimento res suas in manus mortuas erogaret. *Si qua mulier religionis velamen*

que insequentium Principum Capi-

E 5 tu-

men induta fuerit, observatis omnibus qualiter in superiori Capitulo affixa sunt, & Monasterium intrare voluerit, si filios aut filias habuerit, in quorum mundio esse inveniatur, cum tertia portione de propriis suis rebus intret in Monasterio, & post obitum ejus remaneat in ipso Monasterio, ubi ipsa intravit. Si vero filios, aut filias non habuerit, cum medio de rebus suis intret, & post ejus decessum remaneat ipsa medietas in potestate Monasterii. Nam si in domo remanserit, potestatem habeat de rebus suis judicare pro anima sua ubi voluerit in tertiam partem: dua vero portiones ex rebus suis sint in potestate ejus, ad quem mundium de ea pertineat. Hæc Luithprandus. Pro *Mundio* autem jus illud intellige, sive potestatem, quam Curator, vel Tutor habet in personam, & bona illius, qui sub ejus cura, sive tutela positus est; idque ex corpore juris Romani ortum habuisse reor. Gothi enim, Longobardique Romanas leges adoptasse videntur, ex quo Regni negotia genere cœperunt ex collectione Aniani, quæ Caii, Ulpianique monumenta, item Codicis Theodosiani constitutiones per summa copita com-

tularibus, quæ opportune admodum
graſ-

complectebatur. Itaque ſolemne apud Romanos, ut mulieres, propter ſexus imbecillitatem, perpetuæ tutelæ addicerentur, ut nihil imprudente Tutore agere eis liceret. Idem jus & in Longobardis valuit, cum aliquo tamen diſcrimine. Longobardorum quippe matresfamiliarum in viduitate filios habentes, plerunque liberorum ſuorum tutelæ ſubjiciebantur: cujus rei Ducangius exemplum profert ex Caſſaurienſe Tabulario: *Ego Elegrina filia quondam Caroli conſenſu, & voluntate de filio meo Aliberto, in cujus Mundium ego permaneo, vemundavi*. Illud etiam Longobardorum peculiare, quod eorum mulieres Deo devotæ ſuum agnoſcebant *Mundualdum*, hoc eſt, Tutorem, Curatorem, vel Fidejuſſorem, ut ex Codice legum Longobardicarum lib. 1, tit. 33 videre eſt. Secus apud Romanos, quorum Veſtales ſtatim poſt devotionem cujuſvis poteſtate ſolutæ, ac liberæ cenſebantur.

Pari diligentia per eumdem Luithprandum regia auctoritate conſtitutum reperimus, qua ratione, quoque ordine mulieres ſacris monaſticis initiarentur. Probe enim ille intellexerat non modo
res,

grassanti jam malo remedium ad-

E 6 mo-

res, & facultates, sed multo etiam maxime personæ plurimum reipublicæ referre, ne temere, & malo publico ex communi rerum jure avulsæ inter sacras accenserentur. Hinc quod de vidua ille sancivit, facile ad alios, aliasve referri potest. *Nulli* (jussit) *sit licentia quamlibet mulierem, etiam mundium ejus habenti in potestate, post mortem mariti sui ante anni spatium velare, aut monastico habitu induere. Et, si ipsa sua voluntate ante anni spatium hoc facere dispofuerit, veniat ipsa ad palatium Regis, & dicat clementiæ ejus voluntatem suam, & interrogata, vel inquisita diligenter a Rege, permissu ejus accipiat religionis velamen. Si vero ante anni spatium sine permissione Regis hoc facere præsumpserit, componat Regi Widrigild* (h. e. pretium, sive pœnam pecuniariam) *suum: mundium vero mulieris, vel res propriæ ejus sint in potestate palatii; quia qui hoc ante anni spatium facere quærit, pro lucro pecuniæ, vel seculi hujus cupiditate hoc facere quærit, & non ob amorem Dei, aut animam ejus salvandam: quia post mortem viri sui, dum dolor recens est, in qualem partem voluerit* ani-

moverunt. Sed nostra propositæ bre-

animam ejus inclinare potest. Nam quum in se revertitur, & carnis delectatio ei obvenerit, quod pejus est, in adulterium cadit, nec Monacha esse invenitur, nec laica esse poterit. Et, si alter quicunque homo, in cujus mundio non est, hoc facere præsumpserit, componat Widrigild suum in sacro palatio, & ipsa cum rebus suis sit in potestate Mundualdi sui. Quæ Principis potestas, jubendi scilicet qui ad Sacrum Ordinem essent assumendi, vel minime, peræque apud omnes gentes agnita est: adeo ut Marculfus ejus rei suam descripsit formulam, quam Reges Galliæ usurpabant, recensuitque Baluzius in Capitulariam lib. 1, cap. 19. Quod utique ecclesiasticis constitutionibus est consentaneum, ut in Canone VI Concilii Aurelianensis I videre est, cujus verba nos alibi retulimus.

Ad Gallos autem accedentes, comperimus certe mature perspexisse eorum Reges, minus conducibile reipublicæ bono futurum, nimias facultates ab hominibus Deo devotis occupari. Primus inter illos occurrit, quod ad nostram devenit memoriam, Rex Chilpericus I, qui jam inde ab seculo VI de Ecclesiastico-

brevitatis ratio minime ſinit , diu-
tius

ſticorum avaritia conqueſtus eſt. Cujus expoſtulationes narrat Gregorius Turonenſis Hiſtor. lib. VI, cap. 116: *Ecce pauper remanſit Fiſcus noſter. Ecce divitiæ noſtræ ad Eccleſiam ſunt translatæ: nulli penitus, niſi ſoli Epiſcopi regnant: periit honor noſter, & translatus eſt ad Epiſcopos civitatum. Hæc agens aſſidue, teſtamenta, quæ in Eccleſiis conſcripta erant, plerumque diſrupit.* Ex quibus verbis deſumpſere viri docti, lege ſanxiſſe Chilpericum ne ad *manus mortuas* per teſtamenta bona traherentur. Quam legem ſub idem ferme tempus ab Rege Gunthramno Chilperici fratre abrogatam legimus in eodem Gregorio Turonenſem lib. VII. Sic enim narrat: *Multa & ipſe* (Gunthramnus) *Eccleſiis conferens, teſtamenta quoque defunctorum, qui Eccleſias heredes inſtituerant, & ab Chilperico compreſſa fuerant, reſtauravit.* Nihilo tamen minus conſtanter apud Gallos invenimus uſurpatum, ut nunquam quovis titulo bona Eccleſiis cederent ſine Principis auctoritate; ſemperque ea ab ipſis largitoribus efflagitata eſt, quod ex pluribus vetuſtioribus exemplis licet eruere. Idem quip-

tius nos in illarum commentatione im-

quippe Gregorius lib. III *de Miraculis* de Gundulfo loquens, qui monasticum institutum D. Martini suscepturus, bona omnia sua Monasterio obtulerat, ita testatur: *Tandem inspectis propriæ conscientiæ noxis, converti decrevit se, ut humilitatis capillis ipsi sancto deserviret Antistiti: sed prius a Rege præceptum elicuit, ut res suas omnes Basilicæ traderet vivens*. Inque eamdem sententiam Faustus, qui S. Mauri vitam scripsit, apud Surium narrat: *Florus autem accedens ad Regem deprecatus est eum, ut præceptum Regiæ dignitatis facere juberet super testamentum, quod ipse de propriis rebus, quas loco illi tradiderat, scribere rogaverat, quod Rex libentissime annuit*.

Sed antequam ab ipsis Gallis discedamus, res postulat, ut nonnulla ex Capitularibus Caroli M. & Ludovici delibemus. Horum igitur Regum, recensente Stephano Balutio ad annum DCCCXVI, cap. X, tom. I, legem invenimus, quæ modum opportune præscribit, quatenus bona Ecclesiis attribuantur. *Statutum est* (edicitur) *ut unicuique Ecclesiæ unus mansus integer absque ullo servitio attribuatur; & Presbyteri*

immorari, quod neque hujus loci
est,

teri in ea constituti non de decimis, neque de oblationibus fidelium, non de domibus, neque de atriis, vel hortis juxta Ecclesiam positis, neque de præscripto manso aliquod servitium faciant, præter ecclesiasticum. Et, si aliquid amplius habuerint, inde senioribus suis debitum servitium impendant. Qua in constitutione quum verba quædam occurrant, quæ pro ejus temporis ratione minus latine sonent, ac proinde significationem sibi propriam præferant; ea ex virorum doctorum interpretamentis illustranda sunt. *Mansus* igitur Sirmondus *Fundus cum certo agri modo* interpretatur: Bignonius vero *Villula coloni unius habitationi propria*. Unde facile intelligere est *Mansum* illum fundi genus fuisse, unde Ecclesia suos aleret ministros. *Seniores* autem sunt Domini Feudales. Ita nimirum Sigonius lib. VII de Regno Italiæ, & Balutius ad idem Capitulare: sicut & eidem tom. II ad Capitularia pag. 1150. *Servitia sunt exactiones census, exemia, pastus, paravereda, seu caballorum saginationes*. Pro *oblationum* vero intelligentia juvat & ipsum Balutium eodem in loco audire, qui sic ait: *In hujus*

eſt, neque temporis. Ad ea potius

hujus autem Capituli loco, ubi ſcriptum eſt, neque de oblationibus fidelium, intelligendæ ſunt etiam terrulæ, vel vineolæ, quæ pro loco ſepulturæ, vel pro animæ ſuæ requie quiſcunque Eccleſiæ contulit, ſive contulerit. At vero idem Carolus M. propoſitis pœnis Eccleſiaſticos abſtineri voluit ab ſuſcipiendis, captandiſve bonis eorum, quorum ſcilicet minus pia oblatione liberis, & propinquis injuria inrogaretur. *Statutum eſt* (ſancivit) *ut nullus quilibet Eccleſiaſticus ab his perſonis res deinceps accipere præſumat, quarum liberi, aut propinqui hac inconſulta oblatione poſſint rerum propriarum exheredari. Quod ſi aliquis deinceps hoc facere tentaverit, a Synodali, vel imperiali ſententia modis omnibus feriatur.* Atque hæc de Gallicanis veteribus Principibus attigiſſe ſufficiat.

In Britannia autem, item in Germania ſatis nos alibi demonſtravimus, una omnium fuiſſe conſtitutionem, ut nullam Eccleſiæ, & Monaſteria rerum poſſeſſionem adipiſcerentur ſine Principis reſcripto. Quas leges nos hic, ne actum agamus, omiſimus, eaſque, ſi vacat, conſule in adnotatione 28 ad priorem

ꝰs tempora veniamus , quæ minus a no-

rem ejuſdem Auctoris Conſultationem . Sed quidnam cauſæ fuiſſe putandum eſt, cur tot Chriſtiani Principes ſuas illas conſtitutiones ediderint, quibus Eccleſiæ, ſacrorumque hominum temporalia commoda retardarentur? An quod averſum ab Sanctiſſima Religione animum generent, Reique publicæ chriſtianæ bonum invidentes, illud ulla ratione impetere vellent? Nihil profecto minus. Cujus rei cauſæ, antequam ad alia progrediamur, ordine hic & conſulto enumerare operæ pretium duco, utcunque antea nos pluribus in locis eas innuimus; eo profecto conſilio, ut Italiæ, aliorumque Principum deinceps leges recenſentes, nihil eos adverſus ſacratiſſimæ diſciplinæ rationem molitos unquam fuiſſe appareat; ſed potius, ut reipublicæ incolumitati conſulentes, ſimul & Religionis puriſſimæ rationi proſpicerent.

Primam igitur cauſam fuiſſe reor nimium Monachorum, aliorunque Clericorum ſtudium in alliciendo homines ad ſuum cujuſque ordinem. Plerique enim illorum peſſimo publico divitiores cum rebus ſuis ad ſacros ordines, & ad monaſticum propoſitum pertrahere ni-

a nobis distant.. Itaque in Aleman-

nitebantur, Religionis meritum, & spiritualis vitæ rationem ipsis proponentes. Quod sane non modo reipublicæ noxium, sed Religioni etiam injuriosum reputantes cordatiores viri, morem illum utique improbarunt. Venerant Hipponem Albina, Melania, & Pinianus ditissimi Romani Cives, ut Augustinum honoris causa viserent. Protinus civitatis ejus Clerus in suum ordinem Pinianum cooptare concupivit, ex cujus molestiis ille quum tandem sese subduxisset, Clerum ipsum ut rebus alienis inihantem cœpit arguere, *quasi cupiditate pecuniæ, non dilectione justitiæ servos Dei vellet retinere*; quasique ostendens *cupiditatem suam, se non Clericatus, sed pecuniæ causa hominem divitem, atque hujusmodi pecuniæ contemptorem, & largitorem apud se tenere voluerit*. A qua accusatione ut civitatem defenderet vires omnes suas intendit D. Augustinus, quo turpem maculam, quacunque ratione posset, sacro ordini deleret: quo sane pertinent ejus epistola cxxv, alias ccxxiv. Hæc evenisse narrat Augustinus vetustioribus illis temporibus.

Parentes quoque, dum liberos suos Sa-

mannia illustria quoque hujus rei ex-

Sacro Ordini devovendos tradebant, simul & bonorum portionem, quæ eis obtegisset, Monasterio attribuere, religione quadam tacti, consueverant. Cujus rei exemplum nobis exhibet Ludovicus Muratorius in suis Antiquitatibus medii ævi, ad annum DCCLXV, de Euphemia quodam, qui filium suum Neapolitano Divorum Severini, & Sosii Monasterio offerens, facultatum etiam quotam eidem Monasterio obtulit. Igitur ad Clericorum venationes, Christianorum addita benignitate, brevi ab eis universas res exhaustum iri apparebat. Quod malum, quum latius in christiana republica serpere videretur, Cabilonense Concilium opportune anno DCCXV de medio tollendum censuit in Cap. VII. *Constituit* (inquit) *sacer iste Conventus, ut Episcopi, sive Abbates, qui non in fructum animarum, sed in avaritiam, & turpe lucrum inhiantes, quoslibet homines allectos circumveniendo totonderunt, & res eorum tali persuasione non solum acceperunt, sed potius subripuerunt; pœnitentiæ canonicæ subjaciant. Res namque, quæ ab illectis, & negligentibus datæ, ab avaris, & cupidis non solum acceptæ, sed*

exstant exempla. Habentur sane Con-

sed rapta noscuntur, heredibus reddantur, qui dementia parentum, & avaritia incentorum exheredati esse noscuntur. Eodemque ferme tempore Carolus Magnus improbaverat jam eum perverse agendi morem, questusque non mediocriter in suo Capitulari anno DCCCXI constituit his verbis: *Inquirendum est, si ille seculum dimissum habeat, qui quotidie possessiones augere quolibet modo, qualibet arte non cessat; suadendo de cælestis Regni beatitudine, comminando de æterno supplicio inferni; & sub nomine Dei, aut cujuslibet Sancti, tam divitem, quam pauperem, qui simplicioris naturæ sunt, & minus docti, atque incauti inveniuntur; si rebus suis expoliant, & legitimos eorum heredes exhereditant: ac per hoc plerosque ad flagitia & scelera, propter inopiam, ad quam per hoc fuerint devoluti, perpetranda compellunt; ut quasi necessario furta & latrocinia exerceant, cui paternarum rerum hereditas, ne ad eum perveniret, ab alio prærepta est . . . . Quid de his dicendum, qui quasi ad amorem Dei, & Sanctorum, sive Martyrum, sive Confessorum, ossa, & reliquias Sanctorum corporum de loco ad locum transferunt, ibique*

Conſtitutiones Imperatorum Maxi-
mi-

que novas Baſilicas conſtruunt , & quoſcunque potuerint , ut res illic tradant inſtantiſſime adhortantur ? Ille ſiquidem vult ut videatur quaſi benefacere , ſeque propter hoc factum benemeritum apud Deum fieri , quibus poteſt perſuadere Epiſcopis . Palam ſit hoc ideo factum , ut ad aliam perveniat poteſtatem .

Qui tamen freni haud quaquam ſatis fuiſſe tunc videntur ad cohibendas Monachorum acquiſitiones . Eorum enim rapacitatem jam ſeculo XI coercendam cenſuit Leo IX Sanctiſſimus Pontifex , datis ad omnes per Italiam Epiſcopos , qui tamen modum malo imponere ſatis habuit , minime radicitus evellere duxit . *Relatum eſt* (ſcribit) *auribus noſtris , eſſe quoſdam perverſe agentes , qui ſubvertere , atque dividere conantur Eccleſiæ unitatem . Videlicet Abbates , & Monachi , qui non ſtudio caritatis , ſed zelo rapacitatis invigilant , & docent , atque ſeducere non ceſſant ſeculares homines , quos illaqueare poſſunt , ut res ſuas , atque poſſeſſiones , ſive in vita , ſive in morte , in Monaſteriis illorum tradant ; & Eccleſiis , quibus ſubjecti eſſe videntur , & a quibus Baptiſmum , Pœni-*

ni-

miliani I, Ferdinandi, Leopoldi, quibus

nitentiam, Eucharistiam, nec non pabulum vitæ cum lacte acceperunt, vel accipiunt, nihil de bonis suis relinquant. Hanc denique formam discordiæ nos animadvertentes, omnibus modis inhibere volumus, & ne amplius fiat, omnibus modis prohibemus; considerantes non esse bonum, ut illi, qui olim fuerunt socii passionum secundum Apostolum, sint immunes a societate consolationum; & quia dignus est operarius mercede sua; ideoque præcipimus, atque jubemus, ut quicunque amodo in Monasterio se converti voluerit, sive in vita, sive in morte, omnium rerum, & possessionum, quos pro salute animæ suæ disponi decreverit, medietatem Ecclesiæ, cui ipse pertinere dignoscitur, relinquat: & sic demum in Monasterio, prout liberum sibi fuerit, eundi, convertendique habeat licentiam. Quicunque autem hujus decreti contradictor extiterit, ac temerator, anathematis gladio subjaciat. Ne igitur omnes reipublicæ facultates ab uno Monachorum, Clericorumque Ordine compilarentur, satis justam Principibus causam fuisse tenendum est, cur legibus suis rectum bonorum usum, æquamque divisionem præscriberent.

Al-

bus tandem Imperator Carolus VI ac-

Altera coercendæ *amortizationis* rerum causa illa prorsus fuisse putatur, quam tot privilegia, tot immunitates ab Christianis Principibus Ecclesiis, earumque bonis sequiori ævo traditæ præbuerant. Quam late vero paterent ejusmodi privilegia, & immunitates, quosque effectus paruerint, juvat inspicere ex illo diplomate, quod ab Rege Astulfo de Monasterio Nonantulano fuisse datum, prodit Muratorius Rerum Italic. Tom. 1, part. 2. Edicit enim, *ut nullus Comes, aut Gastaldus, vel reipublicæ proximior in qualibet prædicta invasionem facere audeat ullo in loco, nec ad causas judiciario more audiendas, vel freda exigenda, aut mansiones, vel paratas faciendas, vel parafredos, aut fidejussores tollendos, aut homines tam ingenuos, libertos, quamque servos super terram ipsius Ecclesiæ manentes, sive emphyteuticarios, nullo modo distringendos, nec ullas publicas functiones, aut redhibitiones, vel illicitas occasiones inquirendas, consurgere audeat, vel exigere præsumat*. Nec absimilia occurrunt sequioris œvi aliorum Principum monumenta. Ex tam profusis igitur Regum largitionibus illud omni-

accedens , anno MDCCXVI prag.
ma-

omnino sequebatur, ut uberrime facultates pene omnes ad Monasteria, Ecclesiasque commigrarent. Nam pro ea temporis conditione, quum barbari rapinis incursionibusque omnia replerent, ut nemo tuto res suas custodire posset, illud excogitaverant fere omnes, ut Templorum, & Monasteriorum saltem religione ab direptionibus sese vindicarent. Hinc bona sua Ecclesiarum, & Monasteriorum fidei committebant. Inde autem *præstariæ*, & *precariæ*, sive *precatoria*, quibus nominibus Christiani res suas Ecclesiis tradentes, usumfructum sibi retinebant, aut precario exigebant; ipsis autem decedentibus, proprietas ad Ecclesias pertineret. Cujus rei exempla plurima vide in Ducangii Glossario suis locis. At Muratorius in Dissertatione XXXVI, Antiq. Italic. tom. II quovis pignore, discrimen fuisse contendit inter *precarias*, *præstarias*, & *pensiones*; quod sane non est hujus loci disquirere. Illud certe apparet, eam uberem bonorum acquirendorum occasionem nactos Monachos, Clericosque, brevi patrimonia omnia ad se pertrahere ostendisse. Eamque ob causam Principes, ac omnium prima

maticam edidit, qua cautum est,

ma Mutinensis Civitas jussit, ut quæcunque bona *præstariæ*, *precariæ*, sive *pensionis* titulo possiderent laici, ad eorum heredes, etiam extraneos transirent: itaut nullas caducas hereditates petere ii possent, ne ob non solutum quidem statutis temporibus canonem. Acriter huic statuto restitere Ecclesiastici, donec rebus compositis, ita anno MCLXXXII Commune Mutinensium inter, & Episcopum, Canonicos, D. Petri Abbatem, & Abbatissam D. Euphemiæ, convenit, ut Ecclesiastici auctiores decimas, simul & magnam pecuniæ vim acciperent; facultates autem omnes ad heredes quoscunque pertinerent. Narrat hæc omnia idem Muratorius loco citato, additque inde morem ortum fuisse, qui nunc etiam viget, ut feudum, & emphyteusis ecclesiastica ad quosque emphyteuticarii heredes devenirent.

Jam tertiam causam repetere possumus ex testamentis illis, quæ, pietatis ergo, pro Ecclesiasticis affatim olim scribebantur. Nam quum in ea temporum fæce Europa continentibus bellis vexaretur, quique signa sequebantur, militari licentia nihil sanctum haberent,

ne, citra imperiale rescriptum, sive venditionis, sive hereditatis, ac legatorum nomine, aut quovis alio titulo, quod Imperio esset detri-

facile se ab omni inquanamento ac scelere expiatos crediderant, certamque salutis spem conceperant, si jam prælium inituri, in procinctu testamenta conderent, heredesque facerent Ecclesias, & Monachos. Qui acquirendi modi dicebantur *traditiones in hoste factæ ad causam Dei*. At callide inde mos est invectus, ut quæ ea ratione testamenta condebantur, Ecclesiæ privilegio, nullatenus revocarentur. Itaque testatori belli muneribus functo, nactoque securitatem, usufructu tantum suorum bonorum frui licebat; proprietas autem eorum omnino ad Ecclesiam pertinebat, adeptura quidem eorumdem possessionem simulatque testator diem supremum obiret. Atque huc quidem pertinet lex LXXVIII Caroli Magni, cujus alioqui non ita facile intelligentiam quis assequeretur. *Si quis Longobardorum Statuum &c. postquam unam de rebus suis traditionem fecerit, aliam de ipsis rebus* fa-

trimento, in manus mortuas bona immobilia transferantur; sed ut omnes post Leopoldi diploma anni MDCLXIX immobilium rerum ac-

faciendi non habeat potestatem; ita tamen si usumfructum voluerit habere precarium, res traditas usque in tempus definitum possidendi sit concessa facultas. Agitur ea in lege de bonis illis, quæ testamento Ecclesiis relinquebantur, quæ bona veluti sacrata lege condicta, nullo deinde pacto alienari poterant, quod *traditionis* verbo indicatur. Quin etiam testamenta favore Ecclesiarum eo privilegio subnixa per id tempus putabantur, ut pupillis ipsis, minoribusque fas esset eo modo testari pro Ecclesiis. Inter leges enim Longobardorum hæc Cap. 1, lib. 4 reperitur: *Si cuicunque ante ipsos decem & octo annos evenerit ægritudo, & se viderit ad mortis periculum tendere, habeat licentiam de rebus suis pro anima sua in sanctis locis, causa pietatis, vel in Xenodochiis judicare quod voluerit, & quod judicaverit, stabile debeat permanere*. Ludovicus Muratorius præterea in ea, quam supra memoravimus, disserta-

quisitiones nullæ prorsus habeantur; atque hæc Clerici intra triennium laicis vendere cogantur; si secus fecerint, jam ea liberum abstra-

tatione, ex Lucensi tabulario erutam scripturam profert, quæ annum indicat DCCXCIV, habetque, *Aclaldus infantulus pro remedio animæ suæ testamentum pro Ecclesia S. Martini &c.*

Et ne pluribus aliis causis recensendis longiores simus, quartam solummodo addere licet, quæ ex minus recta religionis opinione ortum habuit. Vulgo enim arbitrabantur, Christianos, quamvis furtis, rapinisque, & quocunque alio injustitiæ genere inquinatos animos gererent, per suarum rerum Ecclesiæ erogationem, posse sese sceleribus omnibus expiari; itaque minus iratum Deum sensuros confidebant. Quare solemnis erat in ejusmodi donationibus formula Notariorum: *Quisquis in sanctis & venerabilibus locis ex suis aliquid contulerit rebus, juxta Auctoris vocem, in hoc seculo centuplum accipiet; insuper &, quod melius est, vitam possidebit æternam.* Cujus formulæ originem impensius perscrutatur

ſtrahendi jus concederetur.

XVII. In Gallia hoc idem obtinuit. Pariſienſis Senatus conſultus adverſus Epiſcopum quemdam, Sanctus

tatur Muratorius eodem loco, contenditque nullum anno DCCLXIX antiquius monumentum inveniri poſſe. Ceterum ea opinio adeo in animis nonnullorum inſederat, ut neminem immortalis vitæ ſpem poſſe nanciſci ſibi perſuaſerant, niſi opes ſuas ad Eccleſias, aut Monaſteria contuliſſet. Et ne fruſtra hoc a nobis affirmari quis credat, luculentum ejus rei monumentum protulit Muratorius in Diſſert. LXVI Antiquitatum Italic. tom. III: ibi enim ex quadam ſcriptura, quæ annum exhibet MLV, Malfredam Marchionem, Taſſelgardi Comitis filium, Tremitarum Monaſterio bona ſua donaſſe traditur, his verbis: *Cœpi anxie quærere conſilium Sacerdotibus, & religioſis viris, quomodo peccata mea redimere poſſem, & iram æterni Judicis evadere . . . . . Accepto conſilio ab eis, excepto ſi renuntiare ſeculum poſſem, nullam eſſe melius inter eleemoſynarum virtutes, quam ſi de meis propriis ſubſtantiis*

ctus Ludovicus, & posteriores Principes, Philippus III, Philippus Pulcher, Carolus V, Franciscus I, Carolus IX, & Henricus III hanc eam-

tiis in Monasterium concederem. Hoc consilium ab eis libenter, & ardentissimo animo ego accepi.

Maxime autem ea invaluit opinio, postquam sacræ Pœnitentiæ tempora longius protrahi cœptum est. Neque enim in veteribus monumentis desunt exempla, ex quibus ad centum, ac mille quandoque annorum spatium Pœnitentiam irrogatam compertum est. Quæ quum humanæ vitæ cursum excederet, excogitatum est ab nonnullis, sane quam imperite, ne dicam prave, ut quandoque longum illud tempus contraherent, modo pietatis ergo eleemosynas erogarent: ejusque rei formulam nobis exhibet *Pœnitentiale* Theodori, quem Confessarii pro munere suo probe callere debebant. Ea autem pecunia sæpe egenibus, sæpe etiam Ecclesiæ, ac Monasterio donari jubebatur. Burchardus enim in sui Decreti lib. XIX, cap. 76 ita scribit: *Qui in Quadragesima ante Pascha cognoverit uxo-*

eamdem legem Ecclesiæ, & imperio salubrem ac frugiferam commendarunt; quæ deinde in receptum ubique Gallorum gentis morem,

uxorem suam, & noluerit abstinere ab ea; uno anno pœniteat, aut pretium suum, videlicet XXVI *solidos ad Ecclesiam tribuat*. Sed quod non parum dolendum, id non modo a circumforaneis Clericis, sed a Viris etiam insigni pietate, & in christiana republica auctoritate præstantibus, factitatum cernimus, ut pro summæ quantitate largitoribus tandundem pœnitentiæ remitteretur. *Quum a pœnitentibus terras accipimus, juxta mensuram muneris eis de quantitate pœnitentiæ relaxamus: sicut scriptum est, divitiæ hominis redemptio ejus. Sicut is, qui prædia præbet Ecclesiæ pœnitentiæ suæ pondere levigatur, &c.* Hæc scripta leguntur in epist. XII lib. IV D. Petri Damiani. Nec ab eo dissimile est, quod Baronius ad annum MCXVIII de Gelasio II Summo Pont. profert monumentum, qui Archiepiscopo Cæsaraugustano hujusmodi indulget privilegium: *Qui Ecclesiæ, unde reficiatur, & Clericis,*

ctus Ludovicus, & posteri
cipes, Philippus III, Phili
cher, Carolus V, Francis
rolus IX, & Henricus

tuis in Monasterium conce
filium ab eis libenter, &
nimo ego accepi.

Maxime autem ea
postquam sacræ Pœnite
gius protrahi cœptum
nim in veteribus mon
xempla, ex quibus a
le quandoque annor
tentiam irrogatam
quum humanæ vit
excogitatum est a
imperite, ne dic
longum illud te
do pietatis erg
ejusque
ment
pro
Ea
e

n bonis succe-
que eorum lo-
isteria accipere.
nnia recepta con-

F 5 sue-

Urbe Capua loquens,
m *Beato Petro Aposto-*
oro *mercede animæ ve-*
æterna memoria, cum ce-
tradidistis. Apud Mu-
Ital. tom. III, part. 2.
one Ecclesia feuda, & ur-
rens, quia bella undequa-
desidenter suboriebantur,
cipibus exoravit, ut armis,
uas tutaretur. Hinc munitio-
tibus, atque omni bellico ap-
exemplo, Clericos, Mo-
os mundus vidit.
fuisse causæ videntur,
Monachorum opes,
detrimento, quum
issent, Principes a-
jicerent, quo bono-
opportunis constitu-
Sed non omnia uno
potuerunt: satisque
mporum tenebris pau-
la-

ſuetudo erat, quum in noſtræ communione religionis vigebat. Jam exſtat lex Odoardi Regis III, qua cautum eſt, neque Monaſteriis prædia

latim res tentarent, proque virili componerent. Landulfus hiſtoricus Cap. 1 apud Muratorium Rer. Italic. tom. v, de Conrado Rege narrat, qui ſeculo delabente xi, Liprandum Presbyterum Romam proficiſcentem ita interrogat: *Quum ſis magiſter Patarinorum* (quod nomen primo Papæ fautoribus tributum per convicium, poſtea ad hæreticos quoſdam translatum eſt) *quid ſentis de Pontificibus, & Sacerdotibus regia jura poſſidentibus, & Regi nulla alimenta præſtantibus? Et Presbyter ipſe abſque ullo rancore in beneplacito Dei, & ipſius Regis reſpondit*. Sed qualis ad illa fuerit reſponſio, nuſquam memorat idem hiſtoricus. Sub duobus item Henricis Imp. iv, & v, ineunte ſcilicet ſeculo xii idem conſilium ſuſceptum ab nonnullis fuerat. Atque inde fortaſſe occaſionem arripuit Placidus Monachus Monaſterii Nonantulenſis librum ſcribendi *De honore Eccleſiæ*, ubi cap. xci ſcribens *contra*

dia coemere, neque laicis aliquid eis ex teſtamento relinquere liceret. Quin ante hanc legem aliae jam Odoardorum I, & II, & Henrici V le-

tra eos, qui dicunt: Tanta donantur Eccleſiæ, ut Regno vix pauca remaneant, ita eis reſpondit: *Sunt vero quidam ſimplices, dicentes, ſi ita hæc permanſerint, Eccleſia omnia terrena obtinere poterit. Quibus quid reſpondendum eſt, niſi illud quod Dominus de Virginibus ait: Non omnes capiunt verbum iſtud? Quomodo enim, quæ ſua ſunt Eccleſiæ dabunt, qui ea ipſa, quæ antiquitus poſſidet, auferre conantur?* Tom. II Theſaur. Anecdot. part. I, P. Pez.

Secundum hæc venit in Italiam Lotharius II Imperator, qui Eccleſiaſticorum potentiam majorem nactus, quam rebus ſuis tutum crederet, eorum opes, ſi minus diminuere poſſet, certe ne ulterius eæ proferrentur, proſpiciendum duxit. Neque tamen aliud obtinuit, quam ne Feuda ſuo arbitratu quiſque alienaret, ut ea ſaltem ratione qui Feuda ab Principibus accipiebant, eadem Eccleſiæ largiri ſine regio reſcripto minime

leges exstabant. In Hispania Alfonsus Sapiens Rex Castellæ eadem prope lege urbi Toleto prospectum ivit; quod ipsum in Valen-

nime possent. Anno itaque MCXXXVI jussit, *nemini licere beneficia, quæ a suis Senioribus habent, sine ipsorum permissione distrahere, vel aliquod commercium adversus tenorem nostræ constitutionis excogitare, per quod Imperii, vel dominorum minuatur utilitas*. Feudor. lib. II, tit. 52. Idem prorsus usuvenisse legimus Imperatori Federico I, qui veritus, ne Ecclesiasticorum opes reipublicæ nimio oneri essent; in Ronchaliæ consessu aliqua eas ex parte minuere constituit sua lege, quam se sanxisse ait habito Episcoporum, aliorumque consilio; in eaque præcepit, *ut nulli liceat Feudum totum, vel partem aliquam vendere, vel pignorare, vel quocunque modo distrahere, seu alienare, vel pro anima judicare* (h. e. Ecclesiæ testamento relinquere pietatis causa) *sine permissione illius domini, ad quem Feudum spectare dignoscitur*. Nec eo contentus, addit præterea: *Non solum in posterum, sed etiam hujusmodi alie-*

lentia urbe obtinuit. Jam in cunctis ejus Monarchiæ regnis id moris inolevit, ut quinta talium bonorum pretii pars fisco propter *amor-*

lienationes illicitas hactenus perpetratas, hac præsenti sanctione cassamus. Quare quum donationes Feudorum, ea ratione ante suam legem Ecclesiæ factas, abrogasset, is Ecclesiasticorum potentiæ non parum detrahere visus est. Idem præterea Imperator ab Ecclesiasticis investituras, &. sacramentum fidelitatis petere cœpit: quæ res magna animorum contentione D. Gregorium VII Pontificem inter, & Henricum IV agitata, Christianam rempublicam æque ac Imperium turbavit. Hinc Rodericus lib. II, cap. 7 de Federico hæc scripsit: *Nolo affectare hominium Episcoporum Italiæ, dummodo eos non delectet de regalibus nostris habere aliquid. Quod si gratanter audierint a Summo Pontifice, Quid tibi, & Regi? Consequenter non pigeat eos audire, Quid tibi, & possessioni?* Illud etiam ejusdem Federici Imp. notatione lignum, quod quas rerum possessiones Ecclesiasticis indulsit, eas ita ra-

tas

mortizationem, quam vocant, addicatur; atque idem hoc in Lusitania receptum est.

XVIII. In Hungaria Ludovici I lex extat, quæ prohibet, ne viri nobiles aut viventes adhuc, aut morituri aliquid Ecclesiis, aut quibusvis aliis bonorum immobilium quidpiam dent; præcipitque, eadem iis, ad quos jure sanguinis pertinent, relinqui. In Sabaudia lex etiamnum viget Ducis Manuelis

tas haberi voluit, dummodo imperialia jura ubique farta tecta forent. Cujus exempli plura habemus monumenta. Ita nimirum Muratorius Federici diploma nobis protulit, quod ex Monasterio D. Zenonis Veronæ erutum annum indicat MCLIX, qui dum Abbati bona tradita confirmat, sic ait: *Ipsumque Abbatem, suscepta ab eo debita fidelitate, cum hominio de omni bonore, & jure suo solemniter investimus*. Omniaque alia privilegia, quæ plura ipsius Federici inspexisse

lis Philiberti, quæ Monasteria ab quavis bonorum successione omnino excludit. In Flandria prodiit quondam edictum Comitis Guidonis anno MCCXCIII, aliudque subinde anno MCCCCXII protulit Joannes Dux Barbantiæ, quibus ambobus Ecclesiæ inhibitum est, ne bona immobilia sibi acquirant. Aliaque sapientissima Consilia Guilelmus III postea edidit ad Hollandiae præsertim commoda promovenda sane opportuna

xisse ait idem Muratorius, semper hanc clausolam præseferunt, *salva per omnia imperiali justitia*, quod in aliis superioribus Principibus nusquam reperisse affirmat. Quinetiam ubi civitas Tibur Sedi Apostolicæ reddita est, in tabulis adjici voluit idem Princeps, *salvo super omnia jure imperiali*: ita narrat Baronius in suis Annalibus, & Muratorius Rer. Italicar. tom. III, part. I. Is igitur Federicus Imperator primus fuisse putatur, qui, qua sola ratione potuit, Feu-

ctus Ludovicus, & posteriores Principes, Philippus III, Philippus Pulcher, Carolus V, Franciscus I, Carolus IX, & Henricus III hanc eam-

tuis in Monasterium concederem. Hoc consilium ab eis libenter, & ardentissimo animo ego accepi.

Maxime autem ea invaluit opinio, postquam sacræ Pœnitentiæ tempora longius protrahi cœptum est. Neque enim in veteribus monumentis desunt exempla, ex quibus ad centum, ac mille quandoque annorum spatium Pœnitentiam irrogatam compertum est. Quæ quum humanæ vitæ cursum excederet, excogitatum est ab nonnullis, sane quam imperite, ne dicam prave, ut quandoque longum illud tempus contraherent, modo pietatis ergo eleemosynas erogarent: ejusque rei formulam nobis exhibet *Pœnitentiale* Theodori, quem Confessarii pro munere suo probe callere debebant. Ea autem pecunia sæpe egenibus, sæpe etiam Ecclesiæ, ac Monasterio donari jubebatur. Burchardus enim in sui Decreti lib. XIX, cap. 76 ita scribit: *Qui in Quadragesima ante Pascha cognoverit uxo-*

eamdem legem Ecclesiæ, & imperio salubrem ac frugiferam commendarunt; quæ deinde in receptum ubique Gallorum gentis mo-

 rem,

uxorem suam, & noluerit abstinere ab ea; uno anno pœniteat, aut pretium suum, videlicet XXVI *solidos ad Ecclesiam tribuat*. Sed quod non parum dolendum, id non modo a circumforaneis Clericis, sed a Viris etiam insigni pietate, & in christiana republica auctoritate præstantibus, factitatum cernimus, ut pro summæ quantitate largitoribus tandundem pœnitentiæ remitteretur. *Quum a pœnitentibus terras accipimus, juxta mensuram muneris eis de quantitate pœnitentiæ relaxamus: sicut scriptum est, divitiæ hominis redemptio ejus. Sicut is, qui prædia præbet Ecclesiæ pœnitentiæ suæ pondere levigatur, &c.* Hæc scripta leguntur in epist. XII lib. IV D. Petri Damiani. Nec ab eo dissimile est, quod Baronius ad annum MCXVIII de Gelasio II Summo Pont. profert monumentum, qui Archiepiscopo Cæsaraugustano hujusmodi indulget privilegium: *Qui Ecclesiæ, unde reficiatur, & Clericis,*

rem, institutumque abiit. Quod ad Monachos, Monialesque attinet, Parisiensis extat consuetudo CCCXXXVII, qua inductum est, eos, easve nullum

cis, unde pascantur, aliquid donant, vel donaverint, secundum laborum suorum, & beneficiorum Ecclesiæ impensorum quantitatem, secundum Episcoporum arbitrium, in quorum Parochiis degunt, pœnitentiarum suarum remissionem, & indulgentiam consequantur. Quo instituto pessime nonnulli abutebantur. Facile enim inveniebantur, qui putarent, neminem fore tam rapacissimum prædonem, tam ad omne flagitium prostitutum, quin res suas Ecclesiæ tradendo, facilem hanc esse viam a Deo pacem, ac scelerum suorum veniam impetrandi putaret: atque hac falsa opinione ducti, una & per omne nefas confidenter improbi pervadebant, & Ecclesiæ maximam bonorum vim quotidie comparabant. Singuli autem pro facultate elargiebantur: privati enim prædia, & res hujusmodi, Principes non semel regna, provincias, urbes, oppida, ceteraque. Quare Hadrianus I Pontifex epistola, quam ad Pipinum, & Carolum

lum in propinquorum bonis succedendi jus habere, neque eorum loco quidquam Monasteria accipere. Hæc eadem in Britannia recepta con-

lum Reges misit, de Urbe Capua loquens, hæc scribit: *Quam Beato Petro Apostolorum Principi, pro mercede animæ vestræ, atque sempiterna memoria, cum ceteris civitatibus tradidistis*. Apud Muratorium Rer. Ital. tom. III, part. 2. Atque ea ratione Ecclesia feuda, & urbes sibi acquirens, quia bella undequaque, atque indesidenter suboriebantur, facile a Principibus exoravit, ut armis, ac vi res suas tutaretur. Hinc munitionibus, militibus, atque omni bellico apparatu, novo exemplo, Clericos, Monachosque ornatos mundus vidit.

Hæ nimirum fuisse causæ videntur, cur Clericorum, ac Monachorum opes, non sine reipublicæ detrimento, quum in immensum excrevissent, Principes animum tandem adjicerent, quo bonorum *amortizationes* opportunis constitutionibus vetarent. Sed non omnia uno tempore præstare potuerunt: satisque fuit, si in illis temporum tenebris paula-

ſuetudo erat, quum in noſtræ communione religionis vigebat. Jam exſtat lex Odoardi Regis III, qua cautum eſt, neque Monaſteriis prædia

latim res tentarent, proque virili componerent. Landulfus hiſtoricus Cap. I apud Muratorium Rer. Italic. tom. V, de Conrado Rege narrat, qui ſeculo delabente XI, Liprandum Presbyterum Romam proficiſcentem ita interrogat: *Quum ſis magiſter Patarinorum* (quod nomen primo Papæ fautoribus tributum per convicium, poſtea ad hæreticos quoſdam translatum eſt) *quid ſentis de Pontificibus, & Sacerdotibus regia jura poſſidentibus, & Regi nulla alimenta præſtantibus? Et Presbyter ipſe absque ullo rancore in beneplacito Dei, & ipſius Regis reſpondit*. Sed qualis ad illa fuerit reſponſio, nuſquam memorat idem hiſtoricus. Sub duobus item Henricis Imp. IV, & V, ineunte ſcilicet ſeculo XII idem conſilium ſuſceptum ab nonnullis fuerat. Atque inde fortaſſe occaſionem arripuit Placidus Monachus Monaſterii Nonantulenſis librum ſcribendi *De honore Eccleſiæ*, ubi cap. XCI ſcribens *contra*

dia coemere, neque laicis aliquid eis ex testamento relinquere liceret. Quin ante hanc legem aliae jam Odoardorum I, & II, & Henrici V

F 6 le-

tra eos, qui dicunt: Tanta donantur Ecclesiae, ut Regno vix pauca remaneant, ita eis respondit: *Sunt vero quidam simplices, dicentes, si ita haec permanserint, Ecclesia omnia terrena obtinere poterit. Quibus quid respondendum est, nisi illud quod Dominus de Virginibus ait: Non omnes capiunt verbum istud? Quomodo enim, quae sua sunt Ecclesiae dabunt, qui ea ipsa, quae antiquitus possidet, auferre conantur?* Tom. II Thesaur. Anecdot. part. I, P. Pez.

Secundum haec venit in Italiam Lotharius II Imperator, qui Ecclesiasticorum potentiam majorem nactus, quam rebus suis tutum crederet, eorum opes, si minus diminuere posset, certe ne ulterius eae proferrentur, prospiciendum duxit. Neque tamen aliud obtinuit, quam ne Feuda suo arbitratu quisque alienaret, ut ea saltem ratione qui Feuda ab Principibus accipiebant, eadem Ecclesiae largiri sine regio rescripto minime

leges exſtabant. In Hiſpania Alfonſus Sapiens Rex Caſtellæ eadem prope lege urbi Toleto proſpectum ivit; quod ipſum in Valen-

nime poſſent. Anno itaque MCXXXVI juſſit, *nemini licere beneficia, quæ a ſuis Senioribus habent, ſine ipſorum permiſſione diſtrahere, vel aliquod commercium adverſus tenorem noſtræ conſtitutionis excogitare, per quod Imperii, vel dominorum minuatur utilitas*. Feudor. lib. II, tit. 52. Idem prorſus uſuveniſſe legimus Imperatori Federico I, qui veritus, ne Eccleſiaſticorum opes reipublicæ nimio oneri eſſent; in Ronchaliæ conſeſſu aliqua eas ex parte minuere conſtituit ſua lege, quam ſe ſanxiſſe ait habito Epiſcoporum, aliorumque conſilio; in eaque præcepit, *ut nulli liceat Feudum totum, vel partem aliquam vendere, vel pignorare, vel quocunque modo diſtrahere, ſeu alienare, vel pro anima judicare* (h. e. Eccleſiæ teſtamento relinquere pietatis cauſa) *ſine permiſſione illius domini, ad quem Feudum ſpectare dignoſcitur*. Nec eo contentus, addit præterea: *Non ſolum in poſterum, ſed etiam hujuſmodi alie-*

lentia urbe obtinuit. Jam in cunctis ejus Monarchiæ regnis id moris inolevit, ut quinta talium bonorum pretii pars fisco propter *amor-*

lienationes illicitas hactenus perpetratas, hac præsenti sanctione cassamus. Quare quum donationes Feudorum, ea ratione ante suam legem Ecclesiæ factas, abrogasset, is Ecclesiasticorum potentiæ non parum detrahere visus est. Idem præterea Imperator ab Ecclesiasticis investituras, &. sacramentum fidelitatis petere cœpit: quæ res magna animorum contentione D. Gregorium VII Pontificem inter, & Henricum IV agitatà, Christianam rempublicam æque ac Imperium turbavit. Hinc Rodericus lib. II, cap. 7 de Federico hæc scripsit: *Nolo affectare hominium Episcoporum Italiæ, dummodo eos non delectet de regalibus nostris habere aliquid. Quod si gratanter audierint a Summo Pontifice, Quid tibi, & Regi? Consequenter non pigeat eos audire, Quid tibi, & possessioni?* Illud etiam ejusdem Federici Imp. notatione lignum, quod quas rerum possessiones Ecclesiasticis indulsit, eas ita ratas

mortizationem, quam vocant, addicatur; atque idem hoc in Lusitania receptum est.

XVIII. In Hungaria Ludovici I lex extat, quæ prohibet, ne viri nobiles aut viventes adhuc, aut morituri aliquid Ecclesiis, aut quibusvis aliis bonorum immobilium quidpiam dent; præcipitque, eadem iis, ad quos jure sanguinis pertinent, relinqui. In Sabaudia lex etiamnum viget Ducis Manuelis

tas haberi voluit, dummodo imperialia jura ubique farta tecta forent. Cujus exempli plura habemus monumenta. Ita nimirum Muratorius Federici diploma nobis protulit, quod ex Monasterio D. Zenonis Veronæ erutum annum indicat MCLIX, qui dum Abbati bona tradita confirmat, sic ait: *Ipsumque Abbatem, suscepta ab eo debita fidelitate, cum hominio de omni honore, & jure suo solemniter investimus*. Omniaque alia privilegia, quæ plura ipsius Federici inspexisse

lis Philiberti, quæ Monasteria ab quavis bonorum successione omnino excludit. In Flandria prodiit quondam edictum Comitis Guidonis anno MCCXCIII, aliudque subinde anno MCCCXII protulit Joannes Dux Barbantiæ, quibus ambobus Ecclesiæ inhibitum est, ne bona immobilia sibi acquirant. Aliaque sapientissima Consilia Guilelmus III postea edidit ad Hollandiae præsertim commoda promovenda sane opportuna

xisse ait idem Muratorius, semper hanc clausolam præseferunt, *salva per omnia imperiali justitia*, quod in aliis superioribus Principibus nusquam reperisse affirmat. Quinetiam ubi civitas Tibur Sedi Apostolicæ reddita est, in tabulis adjici voluit idem Princeps, *salvo super omnia jure imperiali*: ita narrat Baronius in suis Annalibus, & Muratorius Rer. Italicar. tom. III, part. I. Is igitur Federicus Imperator primus fuisse putatur, qui, qua sola ratione potuit, Feu-

tuna, quæ non vacat hic enarrare. Jam vero apud Mediolanensem ditionem neminem, qui illius Principis imperio subest, citra ipsius Principis consensum bona stabilia comparare posse, constitutum est. In Januensi Republica generalis constitutio viget, ut bona omnia ipsi reipublicæ adnexa sint; atque ideo in Ecclesiasticorum usum alienari nequeant. In Hetruria lata nuper lex est ab Francisco I Cæsare, & Ma-

Feudorum ad *manus mortuas* traductionem prohibuit, viamque certe aliis aperuit, ut deinceps ad cujusvis generis bona reipublicæ reservanda opportuniori lege prospiceretur.

At inter liberas Italiæ Civitates Mutina se prima offert, quæ generali constitutione Clericos, Monachosque ab universa rerum immobilium possessione in posterum nanciscenda reppulit. Ejus constitutionis annus notatur MCCCXXVII, quæ in Muratorii Differt. LXXII Anti-quit.

Magno Hetruriæ Duce, qua omnis omnino bonorum alienatio in Ecclesiasticorum rem vetatur. Ipsa quoque Venetæ Reipublicæ statuta notiora sunt, quam ut nos verbis illustrare valeamus: ea siquidem ut sapientissima, ac publico bono utilissima admirantur, ac suspiciunt universi. Jam ipsi etiam Romani Pontifices in iis Hollandiæ provinciis, quæ earum imperio parent, eamdem prope legem condiderunt. Pau-

quit. Italic. tom. III sic se habet: *Quod nulla persona de Civitate Mutinæ, vel districtu, possit, vel debeat vendere, donare, seu alienare, seu aliquo modo, vel titulo, vel causa transferre, seu in ultima voluntate quoquomodo relinquere aliquam rem immobilem, nec de rebus immobilibus, vel nominibus debitorum cedere, relinquere, vel legare alicui personæ, collegio, vel universitati, quæ non sit supposita jurisdictionis communis Mutinæ, & non subeat onera, & gravamina cum communi,*

Paulus V. in Bosci pago prohibuit, quominus Ecclesiastici bona stabilia ab laicis coemerent; & Clemens VIII. idem hoc pro Sancta Domo Lauretana statuit. Sane dolendum, apud nos temporum iniquitate infirmatam olim convulsamque fuisse celebrem Federici II Imper. Constitutionem (11): in ea quippe oppor-

muni, & hominibus civitatis Mutinæ. Et quod aliqua extimatio, vel in solutum datio de bonis, seu rebus immobilibus non possit fieri pro dictis talibus personis, collegiis, & universitatibus, nisi hoc fieret de licentia Consilii Generalis . . . Salvo quod qualibet persona possit donare, & dimittere pro anima sua quocunque titulo, & alienare res mobiles, & pretium de mobilibus percipiendum. Item fructus, & reditus immobilium futuros, & percipiendos, & ipsis per decem annos ad plus post mortem relinquentis.

(11) *Federici II Imper. Constitutionem.* Tametsi Mutinenses Cives inter liberas Civitates primos posuimus, qui ne bona rei-

portune admodum cautum invenitur, ne quis bona immobilia vendere, donare, aut quovis modo alienare Ecclesiasticis locis posset; &, si quid usquam eis testamenti, aut legati jure relinqueretur, intra anni tempus vendi oporteret.

XIX.

reipublicæ *amortizationi* addicerentur, lege sanciverint; eis tamen præiverat Federicus II Imp. cujus eadem de re Constitutio, quæ *Prædecessorum* incipit, jamque inde ab anno MCCXXXII edita fuerat, celebris quondam fuit, magnasque civit turbas quo tempore lata est. Sed ea quæ in Neapolitanarum Constitutionum lib. III, tit. XXIX legitur paulo diversam habet lectionem, ita tamen, ut paucis illis immutatis, ejus sensus turbatur, diversamque eruere sententiam facile quivis poterit. Quamobrem operæ pretium duco utramque integram in medium afferre. In nostrarum Constitutionum Codice, qui nunc vulgo prostat, quin etiam in veteri Lugdunensi editione,

ne, quæ ex Dionysii Calchographi officina, Gothicarum litterarum notis anno MDXXXIII prodiit, sic legitur:

DE REBUS STABILIBUS ECCLESIASTICIS NON ALIENANDIS.

Ita se habet titulus: proxime legitur: *Idem* (Imper. Feder.)

Prædecessorum nostrorum veterum Principum Constitutionem, quam antiqua turbatio præteriti temporis antiquarat, nova provisione novantes, edicimus, quod nulli subjectorum nostrorum Clerico, vel Laico liceat de Domibus Templi vel Hospitalis, seu quolibet alio loco religioso, de quo nostra Curiæ servitium minime debeatur, possessiones hereditarias, vel patrimoniales vendere, vel donare inter vivos, seu aliquo donationis modo, nisi ex æquali causa permutationis transferre. Ceterum si in ultima voluntate aliquem de prædictis locis heredem instituerint, vel aliquod sibi legaverint; tunc domus, quæ institutionem, vel legatum acceperit, teneatur infra annum alicui de proximioribus defuncti, vel de burgensibus nostris relicta stabilia vendere, vel locare. Quod si ultra annum facere prædicta distulerit, posses-

ſeſſiones ipſas poſt anni lapſum Fiſci noſtri juribus volumus applicari. De rebus autem quibuſcunque mobilibus, quantumcunque precioſis, relinquendi prædictis domibus, & aliis religioſis locis, concedimus omnibus liberam facultatem.

Franciſcus Vargas Macciucca, Senator ampliſſimus, in egregiis ſuis Commentariis ad Diplomata PP. Carthuſianorum Divi Stephani in Brutiis, præſenſerat hanc, quam retulimus, lectionem nonnihil eſſe ſuſpectam. Suboluit nimirum Viro pluimarum, maximarumque rerum ſcientiſſimo ex titulo Conſtitutionis, quem Matthæus de Afflictis ex quodam fortaſſe vetuſtiori codice affert in hæc verba: *De rebus ſtabilibus non alienandis Eccleſiis*. Majorem igitur in modum is animi pendens nihil intentatum reliquit, quo veram reperiret editionem. Quumque ex Palæographia Bernardi de Montfaucon intellexiſſet, Imperatoris noſtri Conſtitutionum græcam interpretationem in Regia Pariſienſi Bibliotheca extare, extemplo Marchionem Bernardum Tanuſium a Supremis Regni conſiliis adit, eique rem omnem narrat. Is autem, utpote qui Regni commoda nullis non rebus potiora ſemper, & prima duxit, haud ita longo poſt tempore illinc Neapolim deferendum curavit græ-

ce

ce conscriptarum constitutionum exemplum: in quo tamen titulus, qui quærebatur, desideratus est, nec eum usquam reperiri contigit. Has omnes difficultates tandem eodem hoc tempore, quo hæc scribimus, superavit industria Cl. Auctoris hujusce Consultationis, qui solertia plane singulari, quam scilicet pari cum doctrina in expediendis maximi momenti rebus adhibet, non modo sincerum titulum, sed veram etiam, germanamque Constitutionem adinvenit, erutamque nobis, ut pleraque alia, suppeditavit ex vetusto Constitutionum Codice, qui in Bibliotheca Neapolitanorum Patrum Carthusianorum D. Martini delitescebat. Eas autem Constitutiones primus omnium in unum redegit, collectasque una cum Ritibus imprimi curavit Franciscus Tuppi Parthenopaeus, inscripsitque Regi Ferdinando Aragonio cum epistola, quæ adjicitur, nuncupatoria ad eundem Regem, in qua hæc omnia leguntur. In calce autem eædem Constitutiones dicuntur *Impressæ sub optimo Rege Ferdinando*, *Neapoli* IX *Augusti* MCCCCLXXV. Paucis scilicet post annis, postquam ars typographica prodierat. Inscriptio vero totius Constitutionis sic se habet:

DE

DE REBUS STABILIBUS NON ALIENANDIS ECCLESIIS. *Rubrica.*

Idem. (Federicus Imp.)

Prædecessorum nostrorum veterum Principum Constitutionem, quam antiqua turbatio præteriti temporis antiquarat, novæ promissione novantes, edicimus, quod nulli subjectorum nostrorum Clerico, vel Laico liceat Domibus Templi, vel Hospitalis, seu cuilibet alii loco religioso, de quo nostræ Curiæ certum servitium minime debeatur, possessiones hæreditarias, vel patrimoniales vendere, vel donare inter vivos aliquo donationis, nisi ex æqualis causa permutationis transferre. Cæterum si in ultima voluntate aliquem de prædictis locis hæredem instituerit, tunc Domus, quæ institutionem, vel legatum acceperit, teneatur infra annum alicui de proximis defuncti, vel de burgensibus nostris relicta stabilia vendere; at si ultra annum facere prædicta distulerit, possessiones ipsas post anni lapsum Fisci nostri juribus volumus applicari. De rebus autem quibuscunque mobilibus, quantumcunque preciosis, relinquendi prædictis Domibus, & aliis religiosis locis concedimus facultatem. In postrema vero parte sic legitur. *Actum solemni Concistorio Melphiensi*

phiensi anno Dominicæ Incarnationis MCC XXXI, *alias* XXXII, *mense Augusti*, *Indictionis* IV. *Insinuatum vero mense Septembris sequentis V Indictionis. Amen.*

En constitutionem protulimus integram, & nativæ suæ lectioni restitutam: in qua sane plura nobis sunt adnotanda, ut quid inter utrasque, quas descripsimus, discriminis intercedat, planum faciamus. Principio in ipso titulo, sive, ut vocant, rubrica, pro *rebus stabilibus non alienandis Ecclesiis*, substituendum duxit quisquis ille fuit, *rebus stabilibus ecclesiasticis non alienandis*: ex qua nominis ambiguitate desumere quisquis potest, non modo bona stabilia non esse Ecclesiis, sive Ecclesiasticis alienanda; sed illud etiam, bona stabilia ecclesiastica, sive quæ Ecclesiis adhærent, nulli alienationi fore obnoxia. Curatumque ab eodem est, ut huic tituli suppositioni legis etiam sententia aliqua ratione responderet. Ubi enim Federicus edixerat, *quod nulli liceat Domibus Templi, vel Hospitalis, seu cuilibet alii loco religioso possessiones vendere*; parum nescio quid addito, legitur, *quod nulli liceat DE Domibus Templi vel Hospitalis, seu QUOLIBET ALIO loco religioso possessiones vendere*. Qua levi verborum additione & varietate totius con-

Constitutionis sententiam corrumpi & perverti, nemo non videt. Facile enim inde eruitur, possessiones Domorum Templi, & Hospitalis, & cujusvis loci religiosi neminem omnino alienandi habere facultatem: quod ab sensu veræ Constitutionis prorsus est alienum. Atque hanc Constitutionis depravationem hariolando, ut videtur, emendandam olim susceperat magnæ apud nostros laudis Pragmaticus Carolus Tappia: sic enim scribit in suis ad eamdem Constitutionem Commentariis: *Hujus Constitutionis littera corrupte legitur, neque ex ejus contextu colligi potest, quod inde Doctores sumere intendunt. Ideo eam hoc pacto legimus, quod nulli subjectorum nostrorum Clerico, vel Laico liceat Domibus Templi, vel Hospitalis, aut cuilibet religioso loco, a quo nostræ Curiæ servitium debeatur, possessiones hereditarias, vel patrimoniales vendere. Reliqua legantur prout in textu: & ita hujus Constitutionis erit sensus, quod bona stabilia subjecta censui Curiæ in Ecclesiam transferri non possunt inter vivos, nisi ex causa permutationis, vel translata in ultima voluntate infra annum vendantur, alias confiscantur: mobilia vero libere transeant. Et eum sensum communiter sequuntur hujus Constitutionis Commentatores*. At quemadmodum

veram legis sententiam assecutus ille est, *Domibus*, & *cuilibet alii* restituendo ; ita falsus est particulam *minime* expungendo. Cujus negativæ particulæ litura totius Constitutionis sensus labefactatur : coercetur enim legis sanctio, ut tantummodo *bona stabilia subjecta censui Curiæ* (cujus generis sunt bona feudalia) *in Ecclesiam transferri non possent*. At de non diminuendis bonis feudalibus, extabant jam peculiares aliæ leges, altera Regis Rogerii in Constitutionum lib. III, tit. I ; altera vero ejusdem Federici Imp. ibid. tit. V. Et Federicus ipse disertis verbis, ut nos deinceps demonstrabimus, res burgensaticæ ne in manus mortuas demigrarent, jussum sua in lege intellexisse, atque adeo voluisse, Gregorio IX Pontifici per Monitores scripto renuntiavit. Retinendam igitur particulam *minime* confirmamus, ea prorsus ratione, qua in veteri nunc eruta Constitutione legitur : neque tamen inde quidquam Constitutionis germanæ sententiæ discrepans induci arbitramur. Vult enim Federicus ab nova bonorum stabilium possessione arceri quoslibet locos religiosos, de quibus Regiæ Curiæ servitium minime debeatur, nempe ratione rerum burgensaticarum : de quibus etiamsi nullum Curiæ servitium præ-

præstaretur; eas tamen ne loci religiosi occuparent, sancivit. Qua loquendi ratione usum eum credimus, ut generatim atque universe sacris Collegiis ablatam esse facultatem acquirendi, non modo bona feudalia, sed cujuscumque etiam generis burgensatica, sive allodialia, intelligeretur. Atque hunc sensum magis esse Constitutionis rationi consentaneum existimo.

Præterea verbum *LOCARE* nullibi in Federici lege reperire licet: quod additamentum perperam, ac non sine fraude deinde in ipsam Constitutionem intrusum, nemo est quin intelligat, quam contrariam ab ipsa legislatoris mente efferat sententiam. Federicus enim eo consilio suam edidit Constitutionem, ne Ecclesiastici ultra modum ditescentes, laicos possessione omnium bonorum cum reipublicæ detrimento spoliarent: atque idcirco Clericos quacunque ratione bona stabilia accipientes, eadem nullo pacto ipsos retinere, sed intra anni spatium *vendere* jussit. Addito autem *vel locare*, continuo legis finis evanescit: per locationem enim usus tantum rei ad certum tempus in conductorem, accepta ab eo mercede, transfertur; dominium autem, & proprietas penes ipsum locatorem remanet.

Ceterum ex iis, quæ post latam Constitutionem secuta sunt, sinceram veramque eam esse lectionem evincitur; simul & germanam legis sententiam facili negotio possumus eruere. Exarserat nimirum Gregorius Pontifex M. ejus nominis IX adversus Federicum, eumque multis nominibus postulatum arguebat. Qua de re legatos ad eumdem mittendos censuit, hique fuere quatuor Episcopi, hoc est, Herbipolensis, Vormaciensis, Vercellensis, & Parmensis: qui ad Imperatorem (qui tunc in Italia erat, qua in regione, adhuc me latet) profecti, ab eo, anno, ni fallor, MCCXXXIX satis humaniter accepti sunt. Et quo Legatis Pontificiis plurimum honoris Federicus tribueret, eis dicendi copiam fecit in senatu amplissimorum virorum, qui fuere Panormitanus, & Messanensis Archiepiscopi, Episcopi Cremonensis, Laudensis, Novariensis, & Mutinensis, pluresque alii ex Dominaca, & Franciscana familia religiosi viri. Hoc in consessu Legati mandata Pontificis exponentes, potissime Imperatorem super quibusdam capitibus admonuere, unde *Monitorum* nomen illis inditum: ad quæ singula capita scripto sane quam accurate quum respondisset Imperator, adeo suorum factorum ratio-

tionem reddidisse putabatur, ut Legati singula omnia Pontifici renuntiantes, eidem nihil quod reprehensione in Imperatore esset dignum, invenisse, rescripserint. Narrat hæc omnia Matthæus Parisiensis pluribus verbis pag. cccxxx III, & Federicus ipse in epistola xxi, libri I, quam scripsit ad Reges & Barones Franciæ. At quod ad rem nostram facit, inter illa accusationis capita, ea, quæ sua in Constitutione sanciverat Federicus, maxime adnumerabantur, his verbis.

PROPOSITIO ECCLESIÆ.

Templarii, & Hospitalarii bonis mobilibus, & immobilibus spoliati, juxta tenorem pacis, non sunt integre restituti.

RESPONSIO IMPERIALIS.

A Templariis, & Hospitalariis verum est, quod per judicium, & per antiquam Constitutionem Regni Siciliæ, revocata sunt feudalia, & burgasatica, quæ habuerunt per concessionem invasorum Regni, quibus equos, arma, victualia, & vinum, & omnia necessaria ministrabant abunde, quando infestabant Imperatorem, & Imperatori, tunc Regi pupillo, & de-

 sti-

stituto, omne omnino subsidium negabant. Alia tamen feudalia, & burgasatica dimissa sunt eis, qualitercumque ea acquisierunt, & tenuerunt ante mortem Regis Villielmi II: seu de quibus haberent concessionem alicujus antecessorum suorum: nonnulla vero burgasatica, quæ emerunt, revocata sunt ab eis, secundum formam antiquæ Constitutionis Regni Siciliæ, quod nihil potest eis sine consensu Principis de burgasaticis inter vivos concedi, vel in ultima voluntate legari; quin post annum, mensem, septimanam, & diem aliis burgensibus secularibus vendere, & concedere teneantur. Et hoc propterea fuit ab antiquo statutum, quia si libere eis, & perpetuo burgasatica liceret emere, sive accipere, modico tempore totum Regnum Siciliæ (quod inter regiones mundi sibi habilius reputarent) emerent, & acquirerent: & hæc eadem Constitutio obtinet ultra mare.

Rebus ita constitutis, jam ad ipsam Constitutionis interpretationem adgrediamur. *Prædecessorum nostrorum veterum Principum Constitutionem*. Hi prædecessores, quum ingenui pudoris sit fateri quod nescias, quinam fuerint, hactenus me ignoravisse fateor. Illud pro comperto habebam, eos nullos alios, nisi Regni Siciliæ Principes fuisse, ad quos

quos omnino Constitutio referenda esset. Quin etiam peculiarem ejusdem Regni fuisse legem, sat luculenter deprehenditur ex responsione, quam per *Monitores* ad Gregorium Pont. scripto misit Federicus, ubi *per antiquam Constitutionem Regni Siciliæ* feudalia & burgensatica Templariis, & Hospitalariis ab invasoribus Regni concessa, revocata fuisse narratur. Nonnulla vero burgensatica, quæ emerant, ab eisdem Templariis, & Hospitalariis revocata fuisse dicitur, *secundum formam antiquæ Constitutionis Regni Siciliæ, quod nihil potest eis sine consensu Principis de burgasaticis inter vivos concedi, vel in ultima voluntate legari, quin post annum, mensem, septimanam, & diem aliis burgensibus secularibus vendere, & concedere teneantur*. Non absimili ferme sententia conceptam legem inter statuta Gallorum urbis, quam *Bella villa* appellant, invenimus, quæ in Dacherii Spicilegio tom. IX, fol. 181. legitur his verbis: *Si quis pro sepultura legaverit Ecclesiæ, vel Sacerdoti domum, vel pedam* (h. e. certam campii quantitatem) *infra villam, bene poterit hoc facere; & intra annum & diem debet vendi laico homini, qui possit, & debeat domino, tanquam burgenses alii, respondere*. La-

ta fertur a Vomberto Toparcha, ejusque Guichardo filio an. MCCXXXIII; per idem prope tempus, quo Federicus suam edidit Constitutionem. Ceterum quum has meas conjecturas communicassem cum Alfonso Airoldo, Viro & generis nobilitate, & pulcherrimarum doctrinarum scientia ornatissimo, commodum is mihi dubitationem sustulit prorsus omnem eo quantivis pretii monumento, quod satis perhumaniter nobis præbuit, unde inter alia discere licet, Prædecessores illos nullos alios, quam Rogerium, & Guilelmum priores Siciliæ Reges fuisse. Eo monumento Privilegium Manfredi Regis continetur, quod integrum hic excribere non erit abs re: sic enim habet: *Manfredus Dei Gratia Rex Siciliæ. Inter cetera pietatis opera, quibus Regiam intendere condecet Majestatem, illud specialiter dignum æternæ retributionis præmio creditur, si sacrosanctas Ecclesias, & personas Deo famulantes in eis, pia consideratione respicimus, & ut ab omni vexationis molestia conquiescant, ex collata Nobis Regiæ dignitatis potentia sollicite procuramus. Ea propter per præsens Privilegium notum facimus universis, tam præsentibus, quam futuris, quod Frater Joannes Præceptor Domus Hospitalis Sanctæ Mariæ Theutonicorum in Sicilia fidelis*

lis noster Majestati nostræ humiliter supplicavit, quod quum a quondam Serenissimo Imp. Friderico, recordationis inclytæ, carissimo Patre nostro, Magistro, & Fratribus Domus Hospitalis ejusdem in Jerusalem tam in personis, quam in bonis suis in Regno Siciliæ existentibus, fuisset gratia protectionis indulta, & omnia castra, casalia, homines, possessiones, & bona, quæ donatione Regum, concessione Principum, & oblatione fidelium, sive quolibet alio justo titulo Domus ipsa erat adepta, dictus Dominus Pater noster prædictæ Domui Hospitalis duxerit confirmanda. Et exemerit eam ab omni data, collecta, seu exactione, ab omni angaria, & onere cujuslibet servitutis. Concedens eidem Domui de munificentia liberali, libertatem aquarum, herbarum, & lignorum, ubique per terras demanii ad suarum Domorum usum: & ut de ipsis per totum Regnum nihil pro plateatico, vel consuetudinibus aliquibus, aut statutis in terra, vel mari solvere teneantur: firmiter statuendo, ut nullus Frater prædictæ Domus de tenimentis, & possessionibus Domus ejusdem, sine judicio, & justitia præsumeret dissasire; & de abundantiori gratia, ut de proventibus, & bonis suis, quæ ad partes ultramarinas dirigerent, pro ipsorum utilitatibus, & servitio Jesu Christi, ni-

hil ratione portatici, plateatici, falangatici, ripartici, tholonei, vel alicujus alterius exactionis, & juris dohanarum, & portuum introitu, vel exitu exigeretur ab eis, & de passagio Phari eundo a Sicilia in Calabriam, & a Calabria in Siciliam eidem Sacræ Domui, & Fratribus ejus perpetuam concesserit libertatem, sicut in privilegio prædicti Domini Patris nostri eidem Domui Hospitalis, & Fratribus super hoc indulto plenius continetur; eamdem Sacram Domum cum Fratribus, & Confratribus, ac omnibus bonis suis sub nostra protectione recipere, & dictum privilegium prædicti Domini Patris nostri cum prædictis libertatibus, & immunitatibus in eo contentis ipsis confirmare de nostra gratia dignaremur. Nos autem attendentes celebrem vitam, & honestæ religionis cultum, quibus Magister Domus prædicti Hospitalis, & Fratres sui clarere noscuntur; considerantes etiam labores & sudores assiduos, quos pro fide Christiana, & gloria sustinent incessanter, divinæ pietatis intuitu, qua permittente vivimus, qua faciente regnamus, suis supplicationibus benignius inclinati, eandem Sacram Domum Hospitalis, & ab ipso quaslibet derivatas, Fratres, & Confratres, ipsarum cum omnibus bonis suis mobilibus, & stabilibus, quæ per totum Regnum

gnum nostrum rationabiliter possident in præsenti, sub speciali protectione ac defensione nostra recipimus. Et eidem perpetuo confirmamus omnia castra, casalia, homines, & possessiones, quæ donatione Regum, concessione Principum, & oblatione fidelium, sive quolibet alio justo titulo est adepta, & nunc ea tenet & possidet, prout ea per prædictum Dominum Patrem nostrum eidem Domui confirmata fuerunt, & in prædicto suo privilegio continentur; non obstante Constitutione divorum proavorum nostrorum Regum Rogerii, & Guilelmi, confirmata postmodum per quondam prædictum Dominum Patrem, & Fratrem nostros felicis memoriæ, & nostris etiam Constitutionibus comprehensa, per quam mandatur expressius, ut possessiones omnes, & bona stabilia sacris locis, & ipsorum Prælatis a quibuslibet patronis oblata ultra annum retineri non debeant, sed distrahantur omnimodo, ipsorum prætium ad utilitatem Ecclesiæ, cui oblata fuerint, convertendo. Confirmantes &c. . . . . Datum in urbe felici nostra Panormi per manus Gualterii de Ocra Regni Siciliæ Cancellarii. Anno Dominicæ Incarnationis MCCLXII *mense Julii,* V *Indictionis, regnante Domino nostro Manfredo D. G. invictissimo Rege Siciliæ, Regni ejus anno* IV *feliciter Amen.*

G 6 Re-

Recenset hujusmodi Privilegium Antonius Mongitore in Monumentis Historicis S. Domus SS. Trinitatis Militaris Ordinis Theutonicorum, cap. IV, pag. 37. Ejusque autographum membranaceum asservari refert in Archivio ejusdem S. Domus SS. Trinitatis Urbis Panormi. Ibidem quoque aliud legere est Diploma, iisdem pene conceptum verbis, quod Jacobus Aragonius Siciliæ Rex anno MCCLXXXV, ante diem VIII Kal. Aprilis edidit, rogante Fratre Federico de Bola Generali Præceptore Domorum Theutonici Ordinis in Sicilia, & Calabria. Itaque ex eo Privilegio præterquamquod Prædecessores, quos Federicus commemorat, Rogerium, & Guilelmum fuisse apparet; illud quoque desumimus, parem, ac Federicus, Constitutionem tulisse Manfredi fratrem, qui fuit Rex Conradus. Confirmatur insuper Constitutionem illam generalem prorsus fuisse, ne dum ad solos Hospitalarios respexisse: mandari quippe affirmatur *expressius*, *ut possessiones omnes*, *& bona stabilia SACRIS LOCIS*, *& IPSORUM PRÆLATIS a quibuslibet personis oblata*, *ultra annum retinere non debeant*.

Illud præterea animadvertendum est, duo omnino tempora Federicum in sua Con-

Conſtitutione reſpexiſſe, viventium alterum, alterum morientium. In priori enim parte jubet neminem prorſus inter vivos poſſe quaſcumque poſſeſſiones religioſis locis ullo donationis, ſive alienationis titulo attribuere, niſi ex cauſa æqualis permutationis. At in poſteriori Conſtitutionis membro ſinit Imperator, decedentes, religionis & pietatis cauſa, Eccleſiis res tantum moventes quantumcumque precioſas, immobilium autem pretium tantum legare: liberam nimirum ex hac vita migraturis relinquens poteſtatem res ſuas erogandi ea ratione, quæ nec reipublicæ eſſet detrimento; & ad peccatorum expiationem eſſet ſatis.

Quare autem Templarios, & Hoſpitalarios bonis mobilibus & immobilibus ſpoliaverit Federicus, deprehendimus ex ejus temporis hiſtoria. Etenim, ut narrat Otho Uſpergenſis in Chron. & Federicus ipſe in ſuis epiſtolis, quo tempore idem Imperator bellum ſacrum confecturus Paleſtinam petierat, Templariorum proditione labores & pericula multa apud Acchon in Ptolemaide ſubivit. Hinc bello functus, ut primum ad Italiam appulit, eorum perfidiam bonorum ab ipſis poſſeſſorum multatione animadvertit. Neque tamen quis ſuſpicetur Federici legem ad ſolos Templa-

plarios, & Hospitularios, ut reipublicæ, & religionis hostes; neutiquam autem ad ceteros Clericos respexisse. Nam etsi ex Templariis Imperator occasionem ferendæ legis sumpsisse videtur; hanc tamen voluit esse generalem, universosque Clericos in ea complecti placuit: quod sat manifesto desumitur quum præcipit, neminem cum *Domibus Templi vel Hospitalis*, tum etiam *cuilibet alii loco religioso* possessiones vendere vel donare posse. Idque etiam ex epistola, quam Federicus ipse ad Justitiarios scripsit, non obscure desumi arbitror. Quam epistolam, quia ad explicandam Constitutionis sententiam tota referri videtur, integram hic exscribere libet, quæ sic se habet: *Federicus Justitiariis. Exposuerunt, & conquesti sunt Excellentiæ nostræ Fratres Hospitalis S. Mariæ Theutonicorum fideles nostri, quod contra privilegia ipsis a prædecessoribus nostris, & nobis concessa, per Officiales nostros in multis contra justitiam molestantur: quæ privilegia tamen nostro conspectui mandavimus præsentari, licet non ipsa authentica & originalia, sed ipsorum tenores publica manu transumptas nobis præsentaverunt. His tamen, quæ continebantur in eis diligenter inspectis, & ad limam conscientiæ nostræ reductis,* vo-

volentes eorum jura, si sine juris nostri præjudicio possumus, illæsa servare, fidelitati tuæ præcipiendo mandamus, quatenus privilegiis authenticis, quorum capitula nostræ Curiæ præsentata tibi sub sigillo nostro transmittimus, diligenter inspectis, si privilegia ipsa compereris fideliter fuisse transumpta, non permittas Fratres prædictos contra privilegia ipsa, & contra justitiam molestari; dum tamen Feodalia, & Burgosatica Regni nostri non sint, nec usurpent auctoritate ipsorum privilegiorum, in quibus generali vocabulo acquisita cum justis acquirendis reconfirmentur eisdem, nulla de Constitutione Prædecessorum nostrorum, & nostra habita mentione, per quam LOCA RELIGIOSA*, quocunque alienationis titulo per mansuetudinis nostræ sacrum oraculum acquirere sibi Feodalia vel Burgosatica prohibentur. Immunitates tamen, & libertates alias ipsis indultas, tam super herbaticis, pedagiis, phalangeticis, & specialiter de transitu, faciat de rebus provenientibus ex fatibus, & fructibus possessionum domus ejusdem, a Regno in Syriam transferendis, libera per Officiales nostros tuæ jurisdictioni subjectos, ipsis facias inviolabiliter observari. In possessionibus etiam, quas ab Ecclesiis, & locis venerabilibus justis titulis se acquisisse probaverint, & quas jam pacifice possi-*

possident, *non permittas eosdem aliquam molestiam sustinere*. Hanc epistolam frustra requires in illo, quod circumfertur, Federici epistolarum volumine, sed edita primum fuit a Mabillonio, qui quum in MS. codicem Reginæ Sveciæ, Federici litteras a Petro de Vineis collectas complectentem, incidisset, collatis singulis, plures adinvenit, quæ in sex illis libris omnino desiderantur, ac propterea publica luce dignas judicavit. Easdem iterum recognitas, & illarum nonnullas ad fidem Codicis Colbertini emendatas, in vulgus edidit Edmundus Martene, recensuitque in *Veterum Scriptorum*, *& monumentorum tom.* II, inter quas ea, quam descripsimus, legitur numero LXVIII. Sed quod ad rem nostram facit, ex illa evidenter accipimus, Federicum sua Constitutione *Loca religiosa*, cunctas scilicet Ecclesias, cunctaque Sacra Collegia comprehensa voluisse, ne dum Templarios, & Hospitalarios: eo nimirum consilio, ne Clerici quicunque universa civium bona sibi contraherent, quod Reipublicæ detrimentum importaret: *quia*, ut idem Federicus Gregorio IX scripto professus est, *si libere eis*, *& perpetuo burgasatica liceret emere*, *sive accipere*, *modico tempore totum Regnum Siciliæ* (*quod inter regiones mundi*

mundi sibi habilius reputarent) emerent, & acquirerent. Et hæc eadem Constitutio obtinet ultra mare.

Hoc autem postremum, quod additur, eamdem Constitutionem obtinuisse ultra mare, id, pro ejus temporis loquendi ratione, ad Orientis Imperii regiones referendum videtur. Inibi enim jam pridem Constantinopoleos Imperator Romanus, qui Lecapenus est dictus, sua Constitutione edixerat, ne prædiorum, quæ a Monachis Sacro Collegio addicerentur, quidquam, nisi justum æstimationis pretium ab ipso Monasterio recipiatur; fundi autem ipsi aliis concedantur. Quam legem Leunclavius e græco in latinum sermonem transtulit, recensuitque in suo Jure Græco-- Romano lib. 1, pag. 157. in hæc verba: *Per occasionem alicujus, qui Monachus factus est, aut fieri vult, & prædium suum Scholæ Sacræ addixit, recte decreta confusionem aliquam recipere per dijudicationem præsentem minime debent. Nimirum ut justum æstimationis pretium recipiat. Siquidem hoc ab eo revera salutis causa, non dolo, non præstigiis, non astu factum est fraudolento. Id vero non minus ad Sacrarum Domorum, quam pauperum utilitatem spectare putabitur, dum rixis, & contentionibus, & illiberali acquisitione libe-*

liberantur, *& inventiones*, *ac detensiones citant*, *& non incurrunt quæ negotiis molestis occasiones præbent*. Ita anno DCCC CXXI jussisse fertur Romanus. At anno DCCCCXXVIII iterum edixit, *Ut Monasteria prædiorum*, *quæ ipsis titulo renuntiationis mundo factæ dantur*, *æstimationes & pretia*, *non ipsos fundos accipiant*. Subinde vero in eadem Constitutione, eodem Leunclavio interprete, decrevit, *Nullus in posterum nec illustrium Magistrorum*, *aut Patriciorum*, *nec Magistratibus*, *aut præturis*, *aut civilibus*, *vel militaribus dignitatibus honoratorum*, *nec eorum omnino*, *qui Senatorum numero censentur*, *nec Provincialium Præsidum*, *vel Expræsidum*, *nec amantissimorum Dei Metropolitarum*, *vel Archiepiscoporum*, *vel Episcoporum*, *vel Abbatum*, *sive Priorum*, *vel Ecclesiasticorum Præsidum*, *vel eorum*, *qui religiosis Ædibus*, *aut augustæ alicui domui eum potestate præsunt*; *in persona sua*, *vel nomine patrimonii Principis*, *vel Ecclesiæ*, *per se*, *aut subjectam personam audeat amplius in prædium*, *vel agrum in solidum*, *vel ex parte succedere*, *vel emptionis*, *vel donationis*, *vel hereditatis*, *vel occasionis alterius cujuscunque titulo*. Has inquam Lecapeni Imperatoris constitutiones respexisse ducimus Federicum, ubi in ultramarinis etiam regionibus pa-

parem legem valere ait. Ambo enim in eo præ ceteris mire conveniunt, vetantes quidem, ne Monasteria, Ecclesiæque rerum stabilium possessiones quovis unquam pacto nanciscantur. Quinetiam iisdem temporibus, quibus Federicus in Occidente imperare cœperat, in universo Orientis Imperio neminem prorsus potuisse ulla ratione possessiones suas Ecclesiæ erogare, luculentissimum extat Innocentii III monumentum. Pontifex enim ille ægre ferens, ejusmodi legem inibi vigere, ea de re epistolam scripsit ad Henricum Constantinopolitanum Imperatorem, quam refert Bosquetus lib. I, regest. XIII, epist. XCVIII. his verbis: *Illustri Constantinopol. Imp. Gravem Venerabilium fratrum nostrorum Archiepiscoporum, & Episcoporum, & dilectorum filiorum aliorum Prælatorum Imperii tui recepimus questionem, quod tu, & Barones tui in eorum inhibuisti gravissimum detrimentum, ne quis de possessionibus suis in vita sua conferat, vel in extremo articulo condat Ecclesiis testamentum. Quum igitur ex inhibitione hujusmodi & Ecclesiarum dispendium, & inhibentium interitus procuretur, excellentiam tuam monemus attentius, & hortamur, quatenus hujusmodi pravam inhibitionem & tu ipse relaxes, & a tuis Baronibus facias, potesta-*

testate tibi tradita, *relaxari*. *Datum Lateran*. VI *id. Jul. an.* XIII.

Ceterum hanc eamdem Federici legem ab Carolo II Rege Neapolitano subinde fuisse abrogatam, aut saltem antiquatam, contendunt. Et certe is, in vivis adhuc agente patre Carolo Regni victore, ut Romano Pontifici, & Clericis, quorum ex beneficio Regnum agnoscebat, eorumque potentiam non parum verebatur, gratiam quoquo modo rependeret, legem sancivit, quæ inter Capitula Regni Siciliæ legitur, qua Ecclesiis tributa facultas est acquirendi omnibus legitimis modis quæcumque bona stabilia, sive mobilia. Verumtamen haud scio, an quam legem Federicus universo populo salutarem sancivit, ea abrogationem pati potuerit. Finis enim, & scopus, ut sapientissimorum virorum sententia est, quem leges intueri, atque ad quem jussiones, & sanctiones suas dirigere debent, non alius esse debet, quam ut civitatis incolumitas & salus custodiatur, vitamque cives vivant & quietam, & beatam. Et bonarum quidem legum illud proprium & peculiare, quod eo diuturniores sunt, suamque vim in omnem posteritatem magis retinent, quo utiliores populis esse, & reipublicæ magis con-

conducibiles cognoscuntur. Hinc sapientis & æqui legislatoris munus & officium est, sicuti leges salutares ferre, ita, prout temporum fert conditio, minus utiles abrogare, meliores autem ab interitu vindicare, eisque robur & reverentiam impartiri. Quare Constitutiones nostræ, inter quas illa Federici refertur, quum Regno universo salutares habitæ sint, & fuerint, merito eas, Matthæo de Afflictis si credimus, in Const. Neapol. Prælud. quæst. I, n. 2, Rex Ferdinandus I confirmavit, omnemque vim in Regno habere edixit: idque ex rescripto, quod Fogiæ ad XVIII Kal. Jan. an. MCCCCLXXII editum hodie nusquam reperitur, scribit apparere. Illud vero omni caret dubitatione, Federicum II Aragonium, Siciliæ Regem, eodem illo tempore, aut ab eo non longe (regnavit enim Federicus ab anno MCCXCVI, ad annum MCCCXXXVI) quo Carolus Andegavensis suam condit legem, rescriptum dedisse, quod *De vendendis infra annum rebus translatis in Ecclesiam*, inscribitur. Eodem autem non modo veterem Siciliæ Constitutionem, sed illam quoque Federici Imperatoris confirmasse ipse videtur: ita enim edixit: *Sic sumus aliorum jurium amatores, quod nostra, demanii nostri, nostrorum-*

que

que Comitum, Baronum, & Feudatariorum, necnon burgensium jura non minuantur, vel pereant: Iccirco provida deliberatione statuimus, ut, si per aliquem burgensem nostri demanii, aut vasallum dictorum feuda tenentium, in Ecclesias prædium aliquod rusticum, vel urbanum quoquo alienationis titulo, seu per aliquot voluntates ultimas, alienare, & transferre contigerit; Prælati Ecclesiarum ipsarum, seu Præpositi quocunque nomine censeantur, prædia ipsa infra annum unum, hebdomadam, mensem, & diem, a tempore alienationis jam dictæ, vendere, seu concedere teneantur, & debeant; si de demanio fuerint, hominibus nostri demanii; si feudatariorum vasalli fuerint, alienationis cum vasallis, Re namque minime carere videntur, quum succedit pretium loco rei. Quod si non fecerint, liceat nobis bona ipsa alienata ad nostrum demanium, dictis feudatariis ad eorum dominium, absque pretio revocare. Capitul. Regni Siciliæ lib. II, *Cap.* XXIII.

Hæc nos de Federici Constitutione adnotasse sufficiat. Plura alia expectare licet ab eodem amplissimo Viro Alfonso Airoldo; a quo, quum impensius versetur in eruendis illustrandisque Siciliensis historiæ monumentis, quam primum, pro ea quo pollet eximia ingenii facultate, magnam præclarissimarum rerum co-

XIX. Isthæc salubria rerumpublicarum, & regnorum scita cum ea apprime faciunt disciplina, quam sanctissimi Ecclesiæ Patres summo-pe-

copiam, quæ scitu essent dignissimæ, allatum iri confidimus.

(12) *Rerumpublicarum, & regnorum scita*. Postquam satis multa de Federici constitutione exposuimus, instituti nostri rationem sequuti, aliarum Rerumpublicarum, & Regnorum leges, temporis ordine servato, persequamur, ut nullam prope fuisse tempus, nullamque regionem appareat, quæ rebus suis consulens, nimias inconsultasque facultatum devotiones, non coerceret. Jam Regis Philippi Augusti temporibus apud Gallos legem fuisse rerum *mortizationem* vetantem, non est cur dubitemus. Ea quippe super re cum eodem Rege conqueritur Innocentius III Pont. ad quem sic scribit: lib. II epist. I. *Ad nostram noveris audientiam, referente venerabili fratre nostro Rothomagensi Archiepiscopo, pervenisse, quod Justitiarii tui per Normandiam constituti, & quidem alii Regiæ ditioni subjecti, postponentes penitus* ze-

pere commendarunt. Hi profecto noverant, quantum ista bonorum incrementa reipublicæ detrimenti, quantam Ecclesiæ purissimæ disciplinæ

zelum Dei, præpediunt laicos ægritudine laborantes, ne de terris, vel de suis hereditatibus aliquid in eleemosinam alicui largiantur, sive pro suarum animarum salute secundum ecclesiasticam sanctionem, vel condant testamentum exinde in ultima voluntate, imponentes illis post obitum crimen usurarum, qui pœnitentes, judicio Ecclesiæ, satisfactione præmissa, viam sunt universæ carnis ingressi, ut prætextu criminis usurarum, decedentium bona Fisco Regio, in detrimentum juris ecclesiastici applicentur. Qua in epistola quum negotium cuiquam facessere possent res nonnullæ, paulo accuratius illæ sunt explicandæ, ut Pontificis sententia plane intelligatur. Pessimo publico apud Gallos late invaluerat fœnerandi mos cum immodico quæstu. Omni propterea contentione ad id malum de medio tollendum adnisus est Fulco Presbyter Parisiensis, cujus labores minime frustra fuere. Plures enim piissimi illius viri cohortationi-

plinæ cladem inferrent. Vir ille summus Augustinus immobilia suæ Ecclesiæ bona sæpe restituere tentavit. Sanctus etiam vir Chryso-

 sto-

nibus commoti animum ab ea pravitate revocantes, res suas & facultas affatim ad Ecclesiam conferebant. Universe autem in Galliis fœneratoris turpis nota inurebatur omnibus illis, iis etiam, qui usuræ vitio vacarent, qui decedentes, quacunque ratione bona sua Ecclesiis elargiebantur. Sed quia iisdem in regionibus fœneratorum res nullo pacto consecrari poterant, sed Fisco addicebantur; propterea regii quæstores audacter facultates omnes occupabant, quæ quovis nomine Ecclesiæ erogabantur, rati quidem easdem propter expiationem ab usuris, quas exegissent, factas fuisse oblationes. Quæ res ex historia repetitæ lucem non parvam præbent verbis illis Pontificis, *ut prætextu criminis usurarum, decedentium bona Fisco Regio, in detrimentum juris ecclesiastici, applicentur*. Illud etiam regios ministros movebat, quod eadem in regione consuetudo jam irrepserat, ut illa tantum legiti-

ſtomus homil. LXXXVI in Matth. num. 4. , quum Chriſtianis exprobaret, quod ſua avaritia Epiſcopos coegerint certos in Eccleſia re-

gitima & firma haberentur teſtamenta, quæ præſente, & curante Parocho conderentur. Hinc Concilium Bituricenſe ad annum MCCLXXXVI conſtituit, ut *Cappellani Eccleſiarum interſint teſtamentis, inducendo eos ad emendanda . . . . ſacta, & reſtituenda illicite acquiſita, & alia ordinando, quæ ad ſalutem pertinent animarum*. Quo fiebat, ut Clerici minus omitterent aliquid lucelli inde ſibi comparare, ſuadendo quidem jam morituris, non aliter ipſorum æternæ ſalutis rationem conſtare poſſe, niſi male parta Eccleſiæ Eccleſiaſticiſque relinquerent. Inde certe factum eſt, ut nimiæ illi bonorum acquirendorum cupiditati Reges modum ſtatuendum ducerent.

Sed gallicanæ hiſtoriæ monumenta porro proſequentes, legimus temporibus Philippi III Regis, qui Audax eſt appellatus, rerum *amortizationem* vetitam, atque odio habitam fuiſſe. Is enim anno MCCXCI edictum edidit, ne Eccle-ſiis,

reditus constituere, ne forte virgines, viduæque, aliique opis egeni fame conficerentur, dum, quemadmodum in primis Ecclesiæ sæculis

H 2 fieri

siis, aliisque sacris locis in possessionibus acquisitis molestia exhibeatur, ea certe ratione, quia, ut inibi narratur, illiusmodi possessiones comparatæ fuerant cum regia auctoritate. Sancitum præterea fuit eodem in Edicto, ut liceret Ecclesiis easdem rerum possessiones, toto superiorum XXIX annorum decursu initas, retinere, ea tamen lege, ut regio ærario binorum annorum fructus penderent. Hinc comperimus a priscis usque temporibus morem apud Gallos invectum fuisse, ut regio fisco pro rerum acquisitione a Clericis census solveretur. Et quidem huc referenda est Bonifacii VIII decretalis lib. III, tit. 23 in *6*, in qua Pontifex ille ex eo potissimum capite queritur, propterea quod *Ecclesiarum Prælatis, Ecclesiis, Ecclesiasticisque personis Regularibus, & Secularibus imponunt onera gravia, ipsosque taliant, & eis collectas imponunt, ab ipsis suorum proventuum, vel bonorum dimidiam, decimam,*

ſeri aſſolebat, incertas fidelium ſtipes cpperirentur; ingens, quod hinc malum erumperet, his verbis oſtendit: *Nunc autem illos* (Sacerdotes)

cimam, ſeu vigeſimam, vel quamvis aliam penſionem, aut quotam exigunt, & extorquent, eoſque moliuntur ſubjicere ſervituti, ſuæque ſubmittere ditioni. Cujuſmodi querele adverſus Philippum Pulchrum Regem prolatæ ſunt. Quia vero Clemens v, qui ſecundum Bonifacium Pontificatum tenuit, pactione facta cum eodem Rege, acta omnia Bonifacii contra Gallorum Regnum reſcidit, eamdem pariter abrogavit decretalem, conceptis verbis edicendo, ut veteres regni conſuetudines & mores ſuam retineant vim. At idem Philippus Pulcher eo edicto immunia declaravit bona illa, quæ in dilatandis, ſive inſtaurandis templis Parœciarum erogabantur. Conſtant hæc omnia ex annalibus hiſtoriæ gallicanæ.

Tres ſubinde Reges Caroli, IV nempe, Pulcher item dictus, anno MCCC XV, V appellatus Sapiens anno MCCC LXX, & VI anno MCCCLXXX, Ludovicus

tes) *coegiſtis, ut eos, qui res ſeculares & familiares tractant, imitarentur; unde omnia ſus deque verſa ſunt. Nam quum & vos,*

H 3 &

cus quoque XI anno MCCCCLXX eamdem legem confirmarunt. Carolo autem VIII Rege, h. e. anno MCCCCXCII, quo tempore conſuetudinum Codex condebatur, declaratum fuit, quibuſvis Religioſis jus in bonis hereditariis ſuccedendi eſſe ademptum. *Religioſi quicunque tandem non ſuccedant, nec ex diſpoſitione quidem Papæ, nedum quavis alia, exceptis Hoſpitalariis, quibuſcum olim Rex, & Pontifex diſpoſuerunt, unde tam poſſunt ſuccedere, quam ſeculares: poſt eorum obitum res eorum in amicos ſpargantur.* At Franciſcus I anno MDXX, & Henricus II anno MDXLVIII non modo eamdem edictionem habuerunt, ſed certos inſuper creavere Inquiſitores, qui curam gererent, ne quis contra regiam ſanctionem committeret. Ea de conſtitutione pluribus agit Guilelmus De benedictis in Cap. Raynutius, decif. V. Et Henricus IV Rex Jeſuitas æque ac alios Regulares ab quavis ereditate adeun-

& nos iisdem simus negotiis intenti, quis Deum placabit? Ideo os non audemus aperire, quia Ecclesia nihil a secularibus hominibus dif-

eunda exclusit. *Non poterunt*, edixit, *ejus sacri Cœtus Sodales* (Jesuitas) *succedere in terrenas hereditates, uti nec alii Regulares, sive directe, sive ex latere. Si posthac tamen ablegarentur e Societate, in priora sua jura reintegrari possunt*. Ludovicus autem XIV, præterquamquod eamdem constitutionem perpetuo valituram apud suos præcepit, insuper jussit, ex bonis omnibus, quæ *manus mortuæ*, cujuscunque essent generis, possiderent, tributum solvi, quemadmodum ceteri laici. Qui consulere voluerit Choppinum *de Demanio tit.*XIII, Paponem in suis *Arrestis*, Clok *de contribut.cap.*XII, comperiet profecto eam toto vertente seculo XVII in universo Galliæ Regno suam omnem vim retinuisse. Anno vero MDCCXXIV Rex Ludovicus XV eamdem legem, propositis adversus violatores atrocioribus pœnis, jussit. Sed quum comperisset ipse a nonnullis suæ legi perversis interpretamentis fraudem

differt. Non audistis Apostolos, ne quidem pecunias sine labore collectas distribuendas suscepisse? Nunc autem Episcopi curatores, œcono-

H 4 *mos,*

dem fieri, anno MDCCXLIX declarationem edidit, qua universa legis ratio, & sensus plenissime explicatus est, ut nullus tergiversationibus esset locus. Atque hæc sunt leges Gallorum, bonorum *amortizationem* vetantes, quæ aliis quoque gentibus, & populis exemplo fuere.

Atque ut ex Belgio aliquid attingamus, Guido Comes anno MCCXCIII in tota sua dominatione rerum consecrationem inhibuit. Idem peractum legimus ab Joanne Duce in ea Belgii regione, quæ Brabantia nunc dicitur: quibus addendus Philippus Pulcher; qui tamen eas venditiones exemptas voluit, quæ actioni redhibitoriæ darent locum. Carolus V Imperator ad VI Kal. Majas anni MDXT eodem in Belgio legem contra *amortizationem* latius proferendo, constituit illam tam in contractibus omnibus, quam in ultimis voluntatibus, omnium scilicet bonorum stabilium, & nominum, sive jurium perpetuorum, valere.

Et

mos, & caupones hujusmodi solitudine superant. Et quum oporteret illos animarum vestrarum curam gerere, eadem, quæ exceptores, quæ-

Et quia Clerici nihilominus legis vim fideicommissorum, & tacitorum pactionum nomine eludebant; idem Carolus nova Constitutione v Non. Octobr. anno MDXXXVIII quamlibet fraudum occasionem sustulit, graviores quidem pœnas indicendo Notariis, qui contra ejusmodi legem stitupalarentur. Neque silentio prætereundum, eadem ipsa lege successiones etiam legitimas vetitas fuisse, quæ ad *Manus mortuas* quoquomodo pertinerent. Consule Paulum Christineum in decis. 201 tom. 1. Coppinum *de demanio* lib. 1, cap. 17, & Petrum Pecchium in tractatu *de amortizatione*, aliosque.

Sed jam in Britanniam progredientes, invenimus ibi toto seculo XIV legem de non *amortizandis rebus* usque valuisse. Quin etiam eidem suffragatum etiam fuisse legimus Ricchardum Archiepiscopum Canturiensem. Eo enim tempore insanas divitias congesserant

quæstores, rationarii, & pecuniarii, curare coguntur, de his quotidie sunt soliciti. Hæc non frustra deploro, sed ut quædam emen-

rant Cistercienses : sed quia immunitatem insuper præseferebant de non solvendis decimis eorum bonorum, quæ principio nacti fuerant; eamdem immunitatem ad ceteras etiam facultates, quæ deinceps acquisierant, proferebant : quæ quum modum excessissent, detrimentum omne ad Episcopos, & Parochos pertinebat, quorum decimæ quotidie magis minuebantur. Cui incommodo ut prospiceret Ricchardus, bonorum acquisitionem ipsis inhibendam statuit intermiratione dirarum illis omnibus, qui quacunque ratione res suas Cisterciensibus donarent. Ejus verba, quæ recensentur a Petro Blesense in epist. LXXXII, sic se habent : *Quod si pertinaces vos, & inflexibiles exhibetis, vinculo anathematis innodabimus universos, qui aliquid vobis dederint, aut vendiderint, unde jus decimationis obveniat; atque in Cælum clamabimus, & ad thronum Summi Judicis appellabimus, ne quis hujus vincu-*

datio & mutatio sequatur, ut nos, qui hac gravi servitute premimur, misericordiam consequamur, ut vos sitis

lum excommunicationis absolvat. Principum etiam favorem in hoc plenissime obtinebimus, ut gladio spirituali manus civilis assistat: & quidquid contra spiritualem oraculum fuerit vobis venditum; aut donatum, confiscetur.

Eodem decurrente seculo XIV eamdem inibi legem condidit Eduardus I Rex, qua universe bonorum *amortizationem* vetitam inspicere est: sic enim narrat Thomas Valsingamensis: *Hoc anno coactum est parlamentum Londini, in quo Eduardus Rex statuta edidit contra manum mortuam, ne de cetero possessiones terrarum, seu redituum, sine speciali Regis licentia, ad manum mortuam devolvantur.* Quæ Eduardi Statuta constanter tenuere ad Ricchardum II, ad annum nempe MCCCLXXI: quo tempore quia plerique ejus legis verba cavillabantur, sententiamque elevare studebant, eamdem illam legem Ricchardus nova sanctione confirmavit: & quo fallacias omnes, & technas amputaret, genera pene omnia complexus est: sic enim

sitis Ecclesiæ & proventus, & thesaurus.

XX. Neque leges civiles ab hujus-

enim narrat Henricus Cnygtonus lib. v: *Ricchardus Rex celebravit parliamentum apud Vest-Monasterium in crastino animarum. In isto parliamento editum est profanum statutum contra Ecclesiam, & Ecclesiæ personas, videlicet ne quævis personæ ecclesiasticæ possideant mancria* (h. e. rusticas habitationes) *domos, glebas, possessiones, terras, reditus, quoscunque proventus per manus Feossatoris absque licentia Regis, & Capitalium dominorum. Et istud Statutum extendit se tam ad Ecclesias Parochiales, Capellas, Cantarias, quam ad Abatias, Prioratus, seu quæcunque alia Monasteria. Similiter ad cives civitatum, & villicanos, atque burgenses burgorum, & villarum, hujusmodi reditus, vel possessiones pro communi utilitate habentes. Nam homines in illis diebus, qui volebant conferre reditus, vel possessiones alicui Ecclesiæ, vel cuiquam Communitati, nec expensas possent effundere, ut eos in manum mortuam reducerent sub licentia Regis, & Capitalium dominorum, solebant feossare certos homines, in*

jusmodi sapientissimis statutis abludunt. Sane in Codice Justinianeo, *tit. de Episcop. & Cleric.* lex extat,

in quibus habebant fiduciam, sub quorum nomine, & defensione ecclesiasticæ personæ, vel hujusmodi Communitates rei commodo gauderent, & utilitatem eorum possiderent. Qua in narratione exemplum videre est moris illius, qui apud nos etiam num manet, ut Ecclesiastici, quibus lege vetitum feuda possidere, alicujus laici nomen usurpando, feudalium usumfructum & commoda perciperent.

Jam in Germania legem adversus *amortizationem* extasse inde ab initio Imperii Federici I, produnt historiæ. Eam quippe anno MCLII eundem Imperatorem promulgasse, narrat Rudovicus Frisingensis in ejus vita apud Muratorium *tom.* VI, *lib.* II *script. rer. Italic.* Dehinc Federicus II Imp. tametsi Ordinem Clericorum ab jurisdictione tam civili, quam criminali Magistratuum laicorum exemit; edixit tamen, ut narrat Pelzhoffer *de relig. cap.* XIV, bona Clericorum omnium tributorum solutioni, cunctisque publicis oneribus, pari jure ac ceteri cives, fore obnoxia. Ceterum XIV desi-

extat, qua cautum, ut Monasteria in successione tantummodo Fisco præferantur, quoties nullus propin-

desinente seculo *amortizationis* Constitutio per universam Germaniam invaluerat: quo tempore Moguntina, Coloniensis, & Magdeburgensis Ecclesia ea super re Carolum IV Imp. adiit, ac supplicibus verbis sic exoravit: *Seculares quidam in potestatibus, & officiis publicis constituti, videlicet Duces, Comites, Barones, Milites, Sculteti, & alii domini temporales; nec non Consules Civitatum, oppidorum, villarum, & locorum Rectores, libertates & privilegia condiderunt, & condunt, iisdemque publice, & de facto insistere præsumpserunt, & præsumunt ausu temerario, quotidie contra legitimas & canonicas Sanctiones, utpote quod nulla bona temporalia in potestatem ecclesiasticam transferantur*. Narrantur hæc omnia in Mindensi Chronico. Et Massimilianus I Imper. IV Id. Oct. anno MDXVII constitutionem edidit, qua novas bonorum acquisitiones Ecclesiasticis inhibuit: quæ bona nacti jam fuissent, ea intra anni spatium, justo pretio proximis venirent. Quod si præstitutum illud

pinquorum superstes esset. Fertur, eumdem Justinianum Cæsarem id quinta novella constitutione sustulisse. Quidquid vero plerique putarint;

illud tempus præterire siverint, jam liberum fore Principi, pro locorum ratione, eadem bona, facta æstimatione, ab Ecclesiasticis redimere; quorum tamen pretium in fundis emendis collocaretur, ut ex eorum fructibus, quæ pii fundatores facienda mandassent, peragerentur. At inter gravamina, quæ anno MDXXII per Principes Germaniæ Legato Pontificio, in conventu Nureburgensi, oblata sunt, illud etiam fuit, quod Monasteria nomine Monachorum in bonis hereditariis succedebant: *Quod Germanis & grave, & molestum, injustum etiam, ac non diutius tolerandum onus est. Ea propter necessario, ac summa prudentia curandum est, ut nemo se deinceps memoratorum Religiosorum votis vel adstringat, vel addicat, nisi prius ea de re civiles Magistratus certiores fecerit.... Ea tamen lege, eo pacto & ordine, ut omnibus ereditatibus, omnibusque parentum, fratrum, sororum, cognatorum, coheredum, ac quorumcumque*

rint; quid varia indicent interpretamenta, quæ in eam legem dari poterunt; illud explorati juris eſt, eamdem legem, velut ab jure publi-

que aliorum ſucceſſionibus renuntient. Idemque cum his, qui jam olim Religioſorum regulis ſeſe ſubjecerint, a ſacri Romani Imperii Statibus & petitur, & cenſetur. Ferdinandus autem I poſtridie Id. Oct. anni MDLXII eamdem legem & confirmavit, & in omnibus Provinciis, quæ ad Auſtriacam gentem pertinerent, valere juſſit. Et quo firmius eadem lex robur retineret, imperavit, poſſe conſanguineos id redemptionis jus cuicunque vendere: quod ſi proximi venditores non extent, idem jus Principi attribuit. Leopoldus vero Imperator, ut penitus bonorum *amortizationem* eliminaret, edicto, quod ante diem XIII Kal. Octobr. an. MDCLXIX edidit, nullas irritaſque declaravit omnes illas diſtractiones, & alienationes, quæ Eccleſiis fierent. Subindeque anno MDCLXXV ad Comitatum Rhætiæ, quæ nunc Tyrolis dicitur, protraxit. Nec ab his vel parum diſſentit Imperator Carolus VI,

blico alienam, nullam in regnorum plerisque, in Gallia scilicet, in Flandria, in Lusitania, in Sabaudia, inque nostra Italia, vim habuis-

vi, sed majori fortasse vi eamdem legem sibi cordi fuisse ostendit. Anno quippe MDCCXVI, prid. Non. Augusti omnia edicta, omnesque leges, & constitutiones, quas eadem super re ediderant Superiores Princeps, confirmavit: vetavitque, proposita locupletibus nullitatis pœna, suarum rerum alienationem, quas Ecclesiasticis facerent, sive rustici fundi essent, sive urbani, sive ædes, aut jura quæcunque: dedit præterea Magistratibus mandata de vendendis iisdem bonis intra anni vertentis spatium, quæ ab Ecclesiis, sive contractus, sive ultimæ voluntatis nomine, forent acquisita. Interdixit pariter Ecclesiasticis ne laicorum bonorum stabilium possessionem amplius, quam tres annos, retinerent. Nec eo contentus; anno MDCCXX, V Non. Octobr., altero suo edicto ea omnia rata habens, imperavit omnes acquisitiones ab Clericis factas post Leopoldi constitutionem, hoc est ab anno MDCLX,

buisse, ut peculiare Patavii statutum satis ostendit. Insuper Gregorius M. in quadam epistola disertis verbis ait, novellas Justiniani

MDCLX, irritas habendas; dedit tamen facultatem vendendi eadem bona laicis non amplius, quam trium mensium intervallo: sique hoc facere recusarent, aut negligerent, fecit potestatem laicis ipsorum bonorum ineundi possessionem, qui, facta deinde ab judice æstimatione, justum pretium solverent. Has omnes constitutiones & mandata Caroli VI recensentur sane quam accurate ab eodem Pelzhoff, qui a Consiliis fuit Imperatoris Josephi.

Antequam vero ex Germania recedamus, juvat instituta aliorum regionum, quæ illi adhærent, referre. Itaque Ludovicus Foscarinus, quo tempore vehemens contentio Venetam Rempublicam inter, & Paulum V erat, Venetorum legatus agebat apud Polonos, indeque Polonicarum legum codicem Venetias misit, quæ cum ejus Senatus statuto mire consentire deprehensæ sunt. Quin etiam Poloniæ ordo Clericorum ex

ni constitutiones, etsi non multo antea prodierint, tamen in Italia numquam vim legis obtinuisse; quo fit, ut Accursius vetus æque ac indu-

ex suis bonis quotannis certam pecuniæ summam, jam inde ab antiquis temporibus, Regni quæstoribus solvebat. Etenim quum Alexander VI anno MD eidem ordini decimam pro vectigali indicere tentasset, continuo ab eodem rejecta est, ultro ab se in singulos annos rependi affirmando, sine ullo Pontificis rescripto, eo quidem jure, quod civilis potestas suapte vi obtinet. Nec eamdem cogitationem omisisse videtur Sigismundus Rex. Is enim quum cognovisset plurimum detrimenti ad Rempublicam ex nimiis Monialium congestis divitiis redundare, provide jussit, Sanctimoniales censu, qui ad vitam sustentandam satis esset, destitutæ, vita dumtaxat viventes ex parte dimidia bonis paternis ac maternis fruantur; quod reliquum esset, proximis cederet. *Medietatem omnium censuum, & proventuum pecuniariorum illis, & cuilibet eorum solvere erunt adstricti, vita illarum durante. Reliquam medietatem*

duſtrius legum interpres dicere non dubitaverit, Monachiſmum veram capitis diminutionem pati, hoc eſt, ejus privationem juris, quo cives ce-

tem pro ſe retinebunt, & ex iliis onera Reipublicæ, Regni, & bellicæ expeditionis ſuſtinebunt . . . . Poſt mortem illarum bona earum (h. e. Monialium) ad proximiores conſanguineos rurſus devolvantur, & devolvi debebunt.

Neque vero ab horum cenſu ſecludenda eſt Hiſpaniæ regio. Quod etiam eo mirabilius videri poteſt, inibi adverſus *amortizationem* viguiſſe legem, quo tempore barbarorum plena erant omnia. Siquidem Alfonſus II, qui in Luſitania, ſive Portugallia regnavit anno MCCXII, primus fuit, qui nimiam bonorum conſecrationem lege vetavit. Suborta quæſtio erat cum Clero de ejuſdem legis intelligentia. Ambigebatur enim non de poteſtate Principis in ea ferenda, ſed an bona etiam jam pridem acquiſita in ea continerentur, quod nonnullorum erat opinio. Quapropter Dionyſium inter Alfonſi nepotem, & ordinem Clericorum tranſactum eſt, Alfonſi

ceteri potiuntur. Neque dici unquam poterit, novellam illam Justiniani constitutionem nostro in Regno invaluisse: palam enim cuique est,

si legem valere in iis tantum bonis, quæ post ejus promulgationem nactæ Ecclesiæ forent. Et quia Alfonsi constitutio ad acquisitiones etiam onerosas proferebatur, propterea in eadem transactione cum Joanne constitutum fuit, facultates Ecclesiis erogatas cum anniversario, aut quolibet alio onere, immunes quidem fore ab ea Alfonsi constitutione. Porro anno MCCLXXXIX Clerus ejusdem Regni postulaverat ab Nicolao IV, uti posset cum civitatibus paciscì super quadraginta capitibus, quorum in postremo, quod de immunitate erat, utique efficiendum esse statuebatur, quod canonicum esset, atque æquum, nec ecclesiasticæ libertati repugnans. Eodem in articulo complectebatur facultas, per quam Ecclesiasticis fas esset a laicis bona emere. At propter id ipsum Principem Dionysium adiere, qui petitiones eorum rejiciens, impense præcepit, nihil recedendum a legibus Alfonsi,

est, Federicum Imperatorem contrariam prorsus legem condidisse, quæ etsi fortasse infirmata deinde sit; id ob varias imperii vicissitudi-

fonsi, quod ex ejus capitulis anni MCCCIX, & MCCCXLVII planum fit. Princeps autem Petrus, qui fuit Dionysii nepos, regnavitque anno MCCCLVII, avi leges confirmans interdixit Notariis facultatem stipulandi in hujusmodi contractibus, qui cum Ecclesiasticis inirentur. Iterum ordo Clericorum anno MCCCCXXVII ab Joanne I suppliciter petiit, uti sibi laicorum bonorum possessionem nancisci liceret; idque & denegatum ab eodem Rege fuit, &, renovata Alfonsi constitutione, insuper additum, ut plerique narrant, a nemine posse Ecclesiasticum heredem institui, nisi pro quantitate centum coronarum, quas anniversarias quis relinque voluerit. Atque ex his constitutionibus ab Alfonso V, & Emmanuele Regibus Lusitanis conflatæ fuere Ordinationes, sive leges universales Hispaniæ, in quibus lib. II, tit. XVIII statuitur ne Ecclesiæ, & Sacri Ordines emant bona stabilia. Iterum typis edi-

tæ

dines, quas norunt omnes, factum est. Sed hic de fato hujus legis inquiriri non oportet; quum alium locum, & occasionem hujus-mo-

tæ sunt eædem Ordinationes quo tempore Hispaniæ Regnum tenebat Philippus II, dictæque proinde Philippicæ, quarum in lib. II, tit. XVIII illa ipsa Alfonsi V Ordinatio legitur.

Operæ pretium autem est per summa capita hic enarrare, quæ notatu digna in his Ordinationibus reperiuntur. Interdicuntur nempe Ecclesiis, omnibusque iis, quas *manus mortuas* appellamus; cunctas acquisitiones bonorum stabilium tam titulo oneroso, quam lucrativo. Tantum ipsis permittitur posse illa bona retinere ad anni usque spatium, intereadum eadem proximis venditorum, aut donantium vendant: ni ita faxint, bona ipsa proscribantur fisco. Eximuntur autem ab hac lege facultates illæ, quæ titulo lucrativo acquisitæ deprehenduntur, ad obitum usque Joannis I, qui decesserat V Non. Augusti anni MCCCCXXXIII. Præsbyteris datur potestas ineundæ possessionis bonorum, modo ex hac vita mi-

modi tractatio requirat. Id tantummodo in præsentia expetitur, ut lex publicæ utilitati conformis postliminio revocata, vim suam recu-

migrantes eadem suis consanguineis relinquant. Constituitur, potestatem, qua fruitur Ecclesia in comparandis facultatibus, nihil obstare, quo minus ipsa solvendis oneribus realibus, & publicis, rebus iisdem adhærentibus, sit obnoxia: propterea quod Princeps eam facultatem indulgendo, nunquam usque eo profusus fuisse putandus est, ut Ecclesia ab tributo ipsis rebus annexo fieret immunis. Argumenta autem, & rationes, quas iisdem in Ordinationibus recensentur, minus contemnendæ videntur. Decernitur enim optimi cujusque Principis interesse rerum *ammortizationem* vetare, quo laici idoneas habeant facultates, quibus satis essent præstandis oneribus Reipublicæ; simulque ne qua ex nimiis opibus labes dignitati sanctissimi percissimique Ordinis aspergi videatur. His adjicitur, neutiquam illis incommodis prospectum iri eadem Clericorum bona solutioni tributorum adigendo: pro-

cuperet, atque ubique servetur. Sane apud nos numquam fuit addubitatum, quin Monasticæ renunciationes, quavis ipsæ ratione concipian-

propterea quia minime hoc pacto detrimentum tollitur commerciorum, quæ cum inculimati civium sunt necessaria, tum minime exerceri possunt, ni æquo jure ultro citroque cives paciscantur: atque hinc civium, & familiarum inopia sequatur necesse est. Id autem ecclesiasticæ libertati minime officere, quum non auferat bona antea comparata, sed tantum acquirenda cohibeat, postquam scilicet Clerici satis opum nacti sunt. Et quemadmodum Ecclesia leges condit, quæ Ecclesiasticos ab alienandis rebus continet; ita vicissim & Princeps laicos paribus legibus coercet. Quinimo si cuilibet de civibus fas est, ad suæ familiæ incolumitatem, prohibere, ne quid de suis facultatibus Ecclesiæ alienetur; quidni idem Principi præstandum erit, in publicæ utilitatis rationem? Quare ni Princeps ea potestate utatur, brevi ab uno sacro ordine cives universis suis opibus spoliatum iri. Hæc quidem sunt

piantur, nusquam ad monasteria cum marium, tum feminarum successionis jura trahere possint. Et nostra hæc princeps Neapolitana Ci-

Tom.II. I vitas

sunt rationum momenta, quibus temporibus illis in magna rerum ignoratione homines ducti, naturæ tamen communi sensu impulsi, tam de suis, quam de Civitatis commodis cogitare cœperunt.

Ecce autem Barbosa, nimio in Romanam curiam studio addictus, dum nullo modo, quin ea lex contra *amortizationem* apud Hispanos, Lusitanosque esset, inficiari posset, arbitratus est tamen eam fuisse de Pontificis Romani auctoritate latam. Quam suam sententiam postea, aliorum imperio parens, ut Regiæ potestati contrariam, repudiavit, iterumque scripsit in suo Voto xxx, num. 44. sic: *De cujus materiæ* (*ordination. lib.* II, *tit.* 18 *in princip.* §. I.) *validitate satis superque disceptatum fuit, & adhuc sub judice lis est. Et ideo nihil firmandum in præsenti censeo, aut meæ intentionis usquam fuit Ecclesiasticæ, vel Regiæ jurisdictioni præjudicium aliquod in-*

vitas in plerisque hac de re fori controversiis, in eo nervos omnes ac vires exeruit, ut hujusmodi renunciationes omnino reales haberen-

inferre; sed quæ hic dicimus super hac materia, magis discurrendi, quam resolvendi gratia dicta censeantur. Usus est hoc loco is causidicus forensibus technis. Etenim in interpretatione ipsarum Ordinationum commentus fuerat, se loqui de Indiarum regionibus, affirmans in iis pleno dominio a Lusitanis occupatis, recte consecrationem bonorum a Principe vetari posse: ut facile inde deducere quivis posset, haudquaquam Principem ea facultate pollere in iis rebus, quæ privatorum sunt, nec quidquam, nisi pro summo imperio, ad Rempublicam spectant. Barbosæ opinio, tametsi ei nonnulli de turba forensium adhæserunt, rati eam viguisse in Hispania legem, quæ annuente Pontifice M. lata esset, refelli facile potest ex iis, quæ anno MDCXXXV in Lusitania evenere. Erat per id tempus inibi Pontificius orator Alexander Castracanus, qui in Dominico die Majoris Hebdomadæ

rentur, id omnino non modo singulis civibus sed universæ insuper reipublicæ admodum salutare agnoscens.

I 2 XXI.

madæ *amortizationem* bonorum edicto interdixit. Rex autem Philippus IV prudentum coegit concilium, inter quos fuit Joannes Chumacerus, & Sotusmajor, qui Regiam potestatem tuiti sunt, ad eamdem pertinere pronuntiantes tali lege publico bono consulere: quare rescindendum esse affirmarunt oratoris Pontificii edictum. Quo tempore Pontificatum maximum tenens Urbanus VIII, certior iis de rebus factus, nihil conquestus de eo est, sed rem silentio premens, id factum ut justum ac legitimum reputavit. Sed hujusmodi res quemadmodum se habuerint in Hispania, item in aliis Europæ regionibus, edisserit auctor locupletissimus, idemque doctissimus de Campomanes Consiliarius, & Advocatus Fiscalis in Castellæ Senatu, qui luculentissimum edidit tractatum *De amortizatione*, unde nos pleraque exempla desumpsimus, nostrisque addidimus.

Sed

XXI. Atque hæc semper, & ubique in amplissimo hoc Regno sententia non sine gravi sapientum Jurisconsultorum auctoritate diu perva-

Sed ex longa peregrinatione in Italiam demum remeantes, post latam Federici II constitutionem late per universas ejus regiones obtinuisse invenimus, Monachis minime fas esse facultates acquirere. Nam quum Romanos Pontifices potestatem ipsis dedisse legamus, ut bona possent recipere; sat luculenter inde deducitur, neutiquam illis tunc temporis id lege licuisse. Sic Innocentius IV fertur privilegium, anno MCCXLVI, Cirstercienſibus dedisse, cujus ope iidem suorum cujusque proximorum in bonis hereditariis possent succedere. *Devotionis vestræ* (scribit Pontifex apud Rainaldum ad annum MCCXLIX) *precibus inclinati, auctoritate vobis præsentium indulgemus, ut possessiones, & alia bona mobilia & immobilia, exceptis feudalibus, quæ personas fratrum ad Monasteria vestra a seculo fugiensium, & professionem facientium in eisdem, si remansissent in seculo, ratione successionis, vel quocunque alio justo titulo,*

valuit ; quamvis nonnulli non defuerint scriptorum, qui, ut suarum partium studio indulgerent, hanc malo publico turbare disciplinam,

I 3 &

rulo contigisset, petere, aut retinere libere valeatis, contraria consuetudine non obstante. Sic etiam Eugenium IV. Pontificem reperimus, qui anno MCCCCXXXVI. Congregationi Benedictinorum D. Justinæ privilegium, quod in eorum Bullario tom. I. extat, impertivit, ut bonorum possessionem nancisci possent. *Quodque* (inquit) *præfatæ Congregationis Monasteria bona mobilia, & immobilia in quibuscumque civitatibus, & locis, quovis titulo acquirere possint; petendi etiam, & exigendi Monachis, & personis hujusmodi præfata bona, undecunque, vel qualitercunque eis debita, & quæ in seculo remansissent, jus petendi, & exigendi haberent, ipsis eorum Monasteriis acquirenda; non obstantibus quibuscunque statutis, ordinationibus, & decretis cujusvis Ecclesiasticæ, sive Secularis personæ, Communitatis, Collegii &c.* Quibus ex verbis probe intelligitur, *Seculares personas*, h. e. Principes, *Communitates*,

& monasticarum renunciationum qualitatem trahere ausint ex incertis, & ineptis formulis, quæ vulgo concipiuntur, nec quidquam sapiunt,

tates, & *Collegia*, h. e. liberas civitates jam statuta promulgata habuisse, quibus Monachis bona cumulandi jus esset ademptum. Aliter enim quid attinuerat eis facultatem tribuere Pontificem, si liberum esset ipsis, & integrum divitias comparare?

Jam Mediolani celebre quondam viguit statutum, vetans ne quis civium exteris & alienigenis bona stabilia venderet, vel alienaret. Hinc quæri cœptum, an alienigenarum & exterorum nomine Ecclesiasticum etiam, & Ecclesias intelligi oporteret. Contendebant enim, ordinem Clericorum, quia diversæ esset conditionis, propioque jure uteretur, non immerito extra rempublicam censendum, quippe qui commune Civitatis jus minime agnosceret. Signorolus quidem de Homedeis Consil. XXI, qui inter XIV seculi Jurisconsultos non obscuri nominis fuit, audacter pronuntiavit, id statutum utique ad Ecclesiasticos, & Ec-

piunt, nisi contorta sophismata, & mera commenta, utique ad labefactanda familiarum patrimonia valitura. Qui stupor in illis tam cla-

Ecclesias pertinere: propterea quia quæ præcipua ratio, nempe reipublicæ utilitas, exteros ab iis acquisitionibus propulsabat, eamdem & contra sacrum Ordinem valeret. Atque in hanc sententiam constitutum fuit. Eamdemque secutus est Jacobus Graffis in Decis. part. I. lib. IV, cap. 18. contendens idem statutum sicuti ecclesiasticæ libertati minime repugnans habendum, ita publicæ utilitati consentaneum. Idque vel maxime, quia, ut scribit Andreas Alciatus in Comment. ad Authent. *Cassa & irrita*, *C. de S. Eccles.* neutiquam arcet Ecclesias ab acquisitione omnium rerum, sed tantum ab stabilium. Clemente VIII Pont. Max. Archiepiscopatum Mediolanense gerebat Fidericus Borromeus D. Caroli fratris nepos, qui rescindendum curavit statutum illud, simul & illud alterum, æque vetustum, quo professis Monachis jus succedendi in hereditate suorum ademptum erat. Ortum id certamen fuit

re patefcit, quam nemo perfpique non videt, rem effe profecto peffimi exempli, poftquam Monialium, vel Monachorum quifpiam quidquid pri-

ex edicto, quo civitatis *Gubernator* Joannes Fernandez oryzam feri prohibuerat, cujus ex fatione aqua ftagnans cæli gravitatem inducebat, afficiebatque incolarum valetudinem. Eo in edicto & Ecclefiafticos complecti placuit. Concertatum tunc illis de capitibus fuit ab anno MDXCV, ad annum MDXCVIII. Jacobus Menochius, qui Senatus Mediolanenfis partes ftrenue tuebatur, facris chriftianorum ab Archiepifcopo fuit privatus, adnitente Antonio Seneca Archiepifcopi Vicario. Re tandem ad Philippum III delata, is Vicarium, ut rerum novarum cupidum in exilium pelli juffit. Inftitutumque ea occafione Confilium, quod provide pronunciavit, iniquas prorfus habendas Archiepifcopi contentiones. Atque is difputationis finis: ratumque ac legitimum dehinc habitum ftatutum. Fufius his de rebus agit Errera in Mediolanenfi Chronologia cap. XXXIV.

At non facile quemquam alium in-

privatim antea possideret, cunctis jam sæculi commodis abjectis, renunciaverit; Monasteria deinde eorum locum subingredi velle, &

invenetis, qui hujusmodi *amortizationis* legem æque fortiter ac strenue vindicaverit; ac Venetorum Respublica? Ea quippe jam inde ab anno MCCCXXXIII Statutorum codicem condens, cap. 57. lib. VI edixit, Ecclesias a quocunque sive donationis titulo inter vivos, sive per testamentum, bona stabilia accipientes, easdem non amplius, quam decem annorum spatio retinere posse, quibus peractis, ipsamet bona laicis abalienanda esse, quorum pretium numerato ipsis Ecclesiis erogandum ad piam defuncti voluntatem præstandam. Additum, gravioribus propositis pœnis, per eorum contractuum Notarios primo quoque tempore Magistratus certiores faciendos, qui, ne res oblivioni daretur, ea omnia in publica acta referrent. Postea vero ad annum MDXXXVI; quum animadvertisset Senatus illud decem annorum spatium diuturnius esse, idem ad biennium contraxit, tam quoad ultimas voluntates, quam

in eorumdem successionem bonorum venire , quibus jam antea ab eisdem vale dictum fuit . Et id quibus jam modis ? Illa sane interpreta-

ta-

contractus : additumque ultra id spatium neutiquam Clericis obligari posse stabilia laicorum . Iterum Notariis severius indictum , ut de his venditionibus , sive legatis Judices , qui Xviri ab munere appellantur , statim doceant , quo illæ Ecclesiasticorum acquisitiones in certum seorsum codicem referrentur . Eo præterito biennio, Xviros curare, ut eadem bona per præconem vendantur proximioribus . At anno MDCV , ad VII Kal. April. Senatus idem statutum ad universos suæ ditionis cives pertinere jussit ; pœnasque insuper adauxit . Edixit enim ejusmodi bona ab Ecclesiasticis contra fas occupata , confiscationi subjicienda esse ; iisque venumdatis , pretium trifariam dispersiendum , ut una pars fisco , altera magistratui , tertia denunciatoribus cederet . Acriter huic statuto repugnavit Paulus V Pont. Max. Nam Senatus ea occasione tria capita suo in statuto complexus erat : primo , ne-

tatione, quæ eorum privatim interesse dicitur. Hinc varia renunciationum *translativarum*, *abdicativarum*, *realium*, & *personalium*

nemini fas esse loca Religiosa condere, ædificare, seu dilatare, sine Senatus auctoritate: secundo, Ecclesias, aliasque *manus mortuas* non posse bona stabilia possidere, ni prius ab eodem Senatu facultatem impetrassent: tertio, Clericos quoscunque majestatis reos in laicorum judicium adducendos. Quas sanctiones quum minime probaret Pontifex ille, universam Venetam Rempublicam generali interdicto perculit. Tenuit ea disputatio ad annum usque MDCVII, quo res ad concordiam redacta est, adnitentibus præsertim Cardinali Giojusa, & Francisco de Castro, illo Henrici III Regis Christianissimi, hoc Philippi III Regis Catholici Oratore: conveneruntque conditiones, ut idem Romanus Pontifex, qui tulerat, interdictum abrogaret; Senatus autem denuntiationem, quam adversus interdictum professus erat, aboleret. Interea tamen legibus illis nihil derogatum, sed suum eæ retinuere robur ad hæc

genera enata sunt; & quidquid subdola hominum ingenia in publicæ exitium rei, inque recti judicii contemptum excogitatum unquam est.

Quod

usque tempora. Quin etiam hoc eodem anno MDCCLXVII, IV Id. Sept. idem Senatus graviter conquestus, leges ab se antea latas parum profecisse ad coercendam rerum *amortizationem*, nova, eaque severiori lege Reipublicæ, & civium commodis consulendum duxit, perque plura capita rectum facultatum ordinem atque usum sancivit. Illud autem novi cap. V adjectum est, quæ olim bona mobilia pro cujusque arbitrio sacris Collegiis tradi poterant, ea non nisi pro decima parte erogari posse, ea insuper lege, ut semel tantum ab unoquoque præstari id possit, & modo summam quincentorum aureorum non exuperet.

Deinceps autem singulas Italiæ regiones perlustrantes, illas quoque, quæ ab Cl. Auctore commemoratæ sunt, in Sabaudia jam pridem eam legem viguisse novimus. Victorius Amadeus in suo Codice, quem anno MDCCXXIX edidit, veteres omnes ea de re constitutiones

com-

Quod quidem, ficut ferendum quodammodo esset, si qua inter ejusdem familiæ adgnatos controversia existeret; ita permittendum nullo jam

complexus est; inter quas illa Philiberti Ducis adnumeratur, qua Monachos professos nullum habere jus edicitur succedendi in bonis suorum parentum, aliorumque propinquorum. Adjicitur præterea Monachum Monasterio nihil amplius, quam tertiam suarum rerum partem, attribuere posse; modo tamen de moventibus rebus agatur: stabilia enim illis adjudicanda esse, inter quos commerciorum jura ultro citroque vigent. Eamdem recensens suo in Codice Præses Faber, demonstrat ea doctrinæ copia, qua plurimum valet, nihil inde ecclesiasticæ libertati derogari: Principi quippe fas, ac necessarium sua in dominatione omnes illas leges ferre, quas publicæ utilitatis ratio postulat.

Nec Januensium Respublica parum diligens in constituenda eadem lege fuisse videtur. Inter ejus quippe Statuta illud etiam sancitum reperimus, ne bona stabilia vendantur alienigenis, quotum

jam modo erit, quum de extraneis prorſus agitur, cujuſmodi eſſe Monaſteria nemo ambigit.

XXII. Atque hæc ferme illa mo-

rum nomine Januenſes Cauſidici Clericos quoque, atque Eccleſias intelligi affirmant. Monachis etiam, Eccleſiis, cunctiſque ſacris Collegiis jus ademptum ſuccedendi tam ex teſtamento, quam ab inteſtato. Præterea Clericos ſolutioni publicorum cujuſcunque generis tributorum fore obnoxios. Quæ Statuta perpetuis Commentariis illuſtravit Caſaregis, eorumque firmitatem in Reſolut. 1 num. 16 ex eo præſertim tuetur, quod, ſicuti privato cuilibet jus faſque eſt, ad familiæ ſuæ incolumitatem ſervandam, ſuorum bonorum in *Manus mortuas* migrationem vetare; quidni ſummo Imperanti, publicæ utilitatis cauſa, idem jus attribuendum, qui præterea majorem præ privato habet poteſtatem in cunctis reipublicæ facultatibus?

Sed quia ex plurimis exemplis intellectum erat, ea ipſa Statuta malum, ramis tantum amputatis, minime vero, quod

momenta ſunt, quibus mota civitas noſtra, totumque pene Regnum Principis patrocinium atque operam exorat, quo in poſterum legis ſanctio-

quod expetebatur, radicitus evellere; propterea non ita multis ab hinc annis, h. e. MDCCLXI, lex duobus Reipublicæ Collegiis roganda commiſſa fuit, quæ, inſtar illius Venetæ anni MDCV, *Manus mortuas* a quolibet rerum ſtabilium acquiſitione excluderet. Annoque ſubinde MDCCLXII pluribus ſuffragiis ſcita eſt. Integram deſcribit Campomanes part. I cap. 12. Conſtituit enim nullo prorſus pacto tam ex contractu oneroſo, quam gratuito, vel etiam ex teſtamento, bona ſtabilia Eccleſiis, & quibuſvis Clericis attribui poſſe: ſique ob æs alienum iiſdem bona laicorum adjudicentur, illa aliis laicis vendenda eſſe binorum annorum ſpatio, eorumque pretium collocandum in publica D. Georgii menſa, aut in aliis fundis Reipublicæ, ita tamen, ut nomina ad ipſos Clericos pertinerent: qua ratione æquitati commerciorum proſpectum fore putarunt.

In

ctione caveatur, ut quibusvis umquam verbis Monachorum, Monialiumque renunciationes concipiantur, in cunctis de ea re controversiis,

In Mutinensi autem, & Mirandulæ ditione Franciscus III Estensis, prid. id. Sept. anni MDCCLXIII, omnem adhibuit cogitationem, quo cunctas e medio tolleret ansas impediendorum commerciorum, quod intra angustos regionis finibus magno esset civibus detrimento. Hinc principio fideicommissa cohibuit, ac dumtaxat nobilioribus, quique centum millium librarum Mutinensium censum haberent, id privilegium indulsit, ea tamen lege, ut non nisi in quartam stirpem vim haberet. At quod ad *Amortizationem* attinet, gravioribus propositis pœnis, Ecclesiis, aliisque sacris Collegiis vetavit, ne quidquam rerum stabilium acquirerent, cujusvis contractus nomine, aut ex testamento. Præterea *Manus mortuas* nullum jus, sive actionem, aut servitutem in rebus stabilibus nancisci præcepit: idque non modo in futurum tempus valiturum, sed in præteritum insuper jussit, in illis nimirum sa-

fiis, jam ubique *reales abdicativas*, & *exstinctivas* habeantur; adeo ut ipsa Monasteria neutiquam in eis bonis succedant, quibus aut in præsen-

facultatibus, quibus sub conditione erogatis, conditio post ejus legis promulgationem eveniret. Campomanes part. 1, cap. 13.

Idem institutum sequi haud recusavit Luca Urbs, quæ, ut in parva re, sapientissimis tamen legibus temperata, suorum civium commodis consulere nunquam prætermisit. Hinc anno MDCCLXIV lata lege rerum devotionem interdixit: vetavit enim, ne quis Clericis bona stabilia, sine Magistratus auctoritate, venderet, sive donaret adhuc vivens, legaretve decedens: sique eorum quis nomina haberet, hypotecas, vel aliud quodvis jus in bonis civium, nihil prorsus, nisi pecuniam, ubi aliis vendantur debitorum bona, recuperare fas esset. Additur præterea eamdem legem ad anteactos etiam contractus pertinere, dummodo conditio subesset, quæ latam legem secuta sit.

Nec omittendus Philippus Borbonmus,

ſentia renunciatur, aut jam antea renunciatum eſt; vel, quod idem prorſus eſt, ipſam monaſticam pro-
ſeſ-

nius, qui in ſuo Parmenſi, Placentino, & Guardaſtalli Ducatu anno MDCCLXIV, ad VIII Kal. Nov. ſolemni ſanctione inter alia vetavit, ne *Manus mortuæ* ulla unquam ratione, neque teſtamento, neque donatione inter vivos, neque quocunque alio titulo lucrativo, aut oneroſo, rerum ſtabilium poſſeſſionem inirent; quin etiam ne uſufructum quidem ſtabilium per aliquod tempus eædem percipiant, juſſit.

Sed ut ad res noſtras tandem accedamus, quo tempore in Germania Carolus VI Imp. bonorum *amortizationem* coercendam ſuſcepit, curatum eſt, ut in hac quoque Neapolitana Civitate idem inſtitutum induceretur. Hinc miſſis ea ſuper re ad Principem ſupplicibus litteris, quæ leguntur in *Codice Capitulorum*, & *Gratiarum Regni*, in iis exempla propoſita ſunt Januæ, Sabaudiæ, Mediolani, ac totius fere Italiæ, ubi eadem Conſtitutio obtinet. Subinde vero ad annum MDCCXXV ad eumdem Imperatorem Carolum miſſa fuit
Con-

fessionem cujusvis solidæ renunciationis vim obtinere, Monachis semper, & Monialibus, & Monasteriis quo-

Consultatio Senatus, ut vocant, *Collateralis*, Regiæque Cameræ *Summariæ*, ut plenius, ac dilucidius ejus legis necessitas atque utilitas constaret. Igitur contendentes Patres Missionarii ad Ædem Virginum, sui Monasterii ambitum proferre, in eo coercitos comperimus. Nam eam causam tunc temporis quum egisset disertissimus Orator Vincentius Quatrimanus, qui postmodum Vvir Regalis Cameræ creatus fuit, Senatus *Collateralis* pronunciavit, utique Patribus Virginum denegandam ædificandi facultatem, quoad usque *Consultationis* ad Imperatorem missæ deliberatio fieret. Commemorantur hæc omnia in Notamentorum Codice tom. I, ad annum MDCCXXV, quum a Regni Secretis esset Nicolaus Fraggiannius, de cujus nominis celebritate ac laudibus nulla unquam ætas conticescet. Novissime autem, h. e. anno MDCCLXVII, ad III Kal. Jun. inclytus Rex noster Ferdinandus suo Rescripto Federici II Constitutionem, temporum injuria pene obliteratam, confirma-

quoque ab omni prorsus successione bonorum rejectis. Id enimvero & Monasticæ disciplinæ, & rei

etiam

mavit, utque Regno admodum salutarem singulos cives tenere jussit. Verum ex ea alterius ferendæ legis occasionem posthac desumendam fore confidimus, quæ universe, ac per singula capita nimias facultatum *amortizationes* prorsus coerceat. Id enimvero postulant Regni rationes, suadentque tot luculentissima populorum omnium cujusque ætatis exempla, quæ, ut nos hactenus commemoravimus, plane demonstrant, nihil tantopere a sanctissimæ Religionis disciplina, ac Reipublicæ commodo & incolumitate abhorrere, quam facultates e communi societatis usu avulsas, in Ecclesiasticorum immodicas opes cedere. Quæ animi mei sensa dum profero, nolim quis existimet, quidquam me ecclesiasticæ dignitati detractum velle. Longe id a me abesse testor, qui Sacratissimi Ordinis alumnus christianæ Religionis decreta, atque almæ parentis Ecclesiæ præcepta, pro eo ac debeo, veneror & amplector. Sed propterea quandoque his in adnotationibus

non

etiam publicæ maxime conducibile, e decorum erit.

FINIS.

non dubitavi sententiam meam sine ambagibus aperire, ut penitus redarguatur opinio eorum illa, quæ jam pridem inveteravit, perniciosa Religioni, cunctæque Ecclesiæ periculosa, Sacrorum Ministros maxime compendii sui causa instituta Religionis profiteri. Quæ nefaria vox cum omnium interesse puto, ut penitus de medio tollatur, tum nulla alia ratione commodius repelli posse existimo, quam si, ut quæ recta sunt defendimus & propugnamus; ita, si quid unquam vitii, quod nunquam agnovit Ecclesia, paucorum improbitate, aut imperitia irrepserit, illud nos ultro rejiciamus, & reprobandum ducamus.

FINIS.

EMENDANDA

Tom. II.

Pag. 4. text. verf. ult. hac, *lege* ac.
Ib. adnot. verf. 2, habent, *lege* habet.
Pag. 6, text. verf. ult. perfectionis, pietatis, *lege* perfectioris pietatis.
Pag. 10, adn. verf. 9, quæ, *lege* quod.
Pag. 11, adn. verf. 17, pericula, *lege* periculi.
Pag. 12, adn. verf. 19, alia, *lege* aliorum.
Pag. 20, text. verf. 2, defere, *lege* deferere.
Pag. 23, text. verf. 8, in gentes, *lege* ingentes.
Pag. 24, adn. verf. 9, vitiorom, *lege* vitiorum.
Pag. 33, adn. verf. 6, Marfanni, *lege* Marfami.
Pag. 62, verf. 2, Repetiebat, *lege* Repetebat.
Pag. 66, adn. verf. 3, Nullam, *lege* Nullum.
Pag. 71, adn. verf. 17, Promifque, *lege* Promifcuè.
Pag. 74, adn. verf. 15, facultas, *lege* facultatem.
Pag 83, adn. verf. 18, qui fe, *lege* cui fe.
Pag. 86, adn. verf. 3, ejus legis, *lege* ea lege.

Pag. 89, adn. verſ. 12, conhibentia, *lege* conniventia.

Pag. 90, adn. verſ. 8, imperandum, *lege* impetrandum.

Ibid. verſ. 10, adempti, *lege* adepti.

Pag. 91, adn. verſ. 8, vellet, donaret, *lege* vellent, donarent.

Pag. 93, adn. verſ. 15, illeteratus, *lege* illiteratus.

Pag. 99, adn. verſ. 2, ponſium, *lege* pontium.

Pag. 100, adn. verſ. 4, poſdere, *lege* poſſidere.

Pag. 105, adn. verſ. 25, genere, *lege* gerere.

Pag. 109, adn. verſ. 17, Turonenſem, *lege* Turonenſe.

Pag. [illegible], adn. verſ. 23, una, *lege* unam.

Pag. 113, adn. verſ. 13, cauſæ, *lege* cauſas.

Pag. 114, adn. verſ. 24, pertinent, *lege* pertinet.

Pag. 115, adn. verſ. 3, obtegiſſet, *lege* obtigiſſet.

Pag. 118, adn. verſ. 22, ſubjaciat, *lege* ſubjaceat.

Pag. 126, adn. verſ. 17, quem, *lege* quod.

Pag. 129, adn. verſ. 9, indeſidenter, *lege* indeſinenter.

Pag. 133, verſ. penult. lignum, *lege* dignum.

Pag.

Pag. 137, adn. verf. 5, jurifdictionis, *lege* jurifdictioni.

Pag. 148, adn. verf. 24, Dominica, *lege* Dominicana.

Pag. 159, adn. verf. 11, Bugofatica, *lege* Burgofatica.

Pag. 160, adn. verf. 19, ftram, *lege* noftram.

Pag. 167, adn. verf. 9, nullam, *lege* nullum.

Pag. 169, adn. verf. 2, facultas, *lege* facultates.

Pag. 172, adn. verf. 5, querela, *lege* querelæ.

Pag. 175, adn. verf. 18, MDXT, *lege* *lege* MDXL.

Pag. 176, adn. verf. 2, tacitorum, *lege* tacitarum.

Pag. 178, adn. verf. 5, fpiritualem, *lege* fpirituale.

Pag. 181, adn.verf.9, liaci, *lege* laici.

Pag. 182, adn. verf. 21, ereditatibus, *lege* hereditatibus.

Pag. 185, adn. verf. 14, aliorum, *lege* aliarum.

Pag. 186, adn. verf. 17, vita, *lege* vitam.

Pag. 189, adn. verf. 17, relinque, *lege* relinquere.

Pag. 192, adn. verf. 3, inculimati, *lege* incolumitati.

Ib. verf. 19. Prencipi, *lege* Principi.

Pag.

Pag. 199, adn. verf. 5, valeret, *lege* valere.

Pag. 200, text. verf. 1, perfpique, *lege* perfpicue.

Pag. 201, adn. verf. 11, abalienda, *lege* abalienanda.

Pag. 202, adn. verf. 5, munero, *lege* numero.

Pag. 208, adn. verf. 6, finibus, *lege* fines.

Pag. 209, text. verf. 2, habeantur, *lege* habenda.

Pag. 213, text. verf. ult. e, *lege* &.

I N D E X

R E R U M

Littera T textum significat, sive Consultationem I, vel II, h. e. primam, vel secundam, pr. Præfationem priorem, A Adnotationes; ac numerus arabicus paginam cujusque Consultationis indicat.

A.

B.

Boni-

C.

Con-

D.

E.

Quo

Epulæ

F.

Ejus

Fun-

G.

H.

He-

Hun-

Leges,

L.

Quod

E.

Quo

Epulæ

F.

Ejus

Ger-

H.

He-

I.

Cum

L.

Quod

Que-

M.

Eorum

In

Na-

N.

O.

P.

Na-

N.

O.

P.

Re-

R.

He-

S.

Tap-

T.

Valen-

V.

Unde

Vir-

Zona-

Z.







